CAROLI FERDINANDI HOMMELII

I. V. ET PHILOSOPH. DOCT.
DOMINI HEREDITARII ZWEYNAVENDORFII, GROSZSCHEPAE ET QVESITZ SERENISSIMI ELECT. SAX. A CONSILIIS AVLAE ET IVSTITIAE. DECRETALIVM PROF. P. O. EPISCOPATVS MERSEBVRGENSIS CAPITVLARIS. CVRIAE SVPREMAE AVLICAE LIPS. ASSESSORIS ACADEMIAE DECEMVIRI, FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII ET DECANI BAVARICAE, IABLINOVIANAE SOCIETATIS ATQVE LIBERALIVM ARTIVM, PLVRIVMQVE ALIARVM SOCII.

RHAPSODIA
QVAESTIONVM
IN FORO QVOTIDIE OBVENIENTIVM
NEQVE TAMEN

LEGIBVS DECISARVM

EDITIO QVARTA

LONGE EMENDATIOR ET NOVO VOLVMINE AVCTA.

VOLVMEN II.

BYRVTHI
PROSTAT APVD IOH. ANDR. LVBECCI HEREDES
MDCCLXXXII.

50 B

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Bayeriſche
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

INDEX OBSERVATIONVM
QVAE
VOLVMINE II CONTINENTVR.

OBSERVATIO CCLII.

Propter Feodum conſenſu domini oppignoratum actio hypothecaria inſtitui poteſt in foro domicilii et coram iudice territoriali.

Executionem tamen in ipſam feodi ſubſtantiam nemo decernit, niſi regiminis collegium, quod curiam clientelarem praeſentat.

Immo ne quidem fructus decernit iudex allodialis.

OBSERVATIO CCLIII.

Dotalitium non ceſſat propter ſecundas nuptias.

OBSERVATIO CCLIV.

Aureum contra improbos conductores remedium.

Sequeſtrationis proceſſus eſt ſummariiſſimus.

Non biennium requiritur, vt propter mercedem non praeſtitam conductor expellatur, ſed ſufficit ſi generatim bis non ſoluerit.

A ſequeſtratione ſe liberare poteſt conductor, ſi fideiuſſores idoneos ſiſtat.

Non admittenda in ſequeſtrationis proceſſu leuteratio.

OBSERVATIO CCLV.

Cur vidua geradam inuentario hereditatis maritalis inſerere iubeatur?
Nemo res proprias conſignare cogitur.
Aeſtimatio rerum conſignatarum iuriiurando ſpecificationem edentis non committenda.
Documenta etiam ſpecificationi inſerenda.
Nomina, omiſſa quantitate cuiusque debiti, iuranda.

OBSERVATIO CCLVI.

Paſcua inficiens vel apes et gallinas veneno necans gladio feritur.
Crudelitas in beſtias referenda inter crimina extraordinaria.
Punitur carcere, immo relegatione.
Secundum ius naturae hominum erga beſtias aeque ſancta, quam erga homines officia.
Beſtias cultro anatomico diſſecuiſſe viuas, arbitrariam poenam meretur.
De medicorum canone: Faciamus periculum in anima vili.

OBSERVATIO CCLVII.

Donationem propter nuptias morte mariti interire Carpzouius peruerſe ſtatuit.
Vidua dotalitium repudians et ſua repetens, praeter dotem etiam donationem propter nuptias exigit, ſi talis promiſſa ſit.
Neque tamen hanc donationem a feodali ſed allodiali ſucceſſore poſtulat.

OBSERVATIO CCLVIII.

Si apoſtoli non petantur appellatio deſerta.
Excipe ſi tantum euentualiter interpoſita fuerit
Vt inſtanter, inſtantius et inſtantiſſime petantur, opus non eſt.
Omnia fatalia ſaluantur ſi judex ſponte ſua faciat, quod non debebat niſi rogatus.

OBSER-

OBSERVATIO CCLIX.

In variationibus et contradictionibus delinquentium atque teſtium non omnia nimis rigide ad viuum reſecanda.

Tortura in locum Ordalium reducta.

OBSERVATIO CCLX.

Filius, ſi vel propriam matrem vel nouercam pulſauerit, ob id a patre exheredari nequit.

OBSERVATIO CCLXI.

Medicaſtris pro curatione nec ſoſtrum nec herbarum pretium debetur.

OBSERVATIO CCLXII.

Iurisiurandi delatio ſuper dolo aut blanditiis locum quando habeat?

Iurisiurandi delatio nimis generalis rejicitur.

Iusiurandum interdum ſuper propoſito in mente retento deferri poteſt.

Item in cauſis famoſis ſuper propria turpitudine v. c. ſuper dolo et metu iniecto.

OBSERVATIO CCLXIII.

Transactione ſuper debito inita, cuius nomine hypotheca cauebat, exſpirat hypotheca.

OBSERVATIO CCLXIV.

Laeſio minoris reſtitutionem petentis adeſſe debuit ab initio.

In contractibus initium ſpectandum.

OBSERVATIO CCLXV.

Domino iurisdictionis Muſicam agreſtem locare non licet.

OBSERVATIO CCLXVI.

Sine mariti conſenſu curator vxori conſtitui non poteſt, niſi aut cum eo litiget, aut ille vxorem deſeruerit.

OBSERVATIO CCLXVII.

Retractum gentilitium exercet filius, licet patris heres extiterit.

OBSERVATIO CCLXVIII.

Furtum vſus non extra vſum.

Iuſtitiario pecunias depoſitas auertenti Inquiſitio dictatur.

OBSERVATIO CCLXIX.

Herus in iurgio ſi ancillam ſe proripere et domo exire iubeat, haec vero id ſtatim accipiat, finitur locatio.

An herus expellens ad praeſtationem victus des Koſtgelds obligetur.

Nec domino probris famulos lacerare permiſſum.

Si mulier maritata ancillam conduxerit, aut alios contractus curae uxorum demandari ſolitos celebrauerit, maritus ratihabuiſſe putatur.

Si maritus uxorem abire in malam crucem juſſerit, haec cauſa ſufficiens non eſt ſeparationis a thoro et menſa.

OBSERVATIO CCLXX.

Dicaſteria Facultati Medicae acta criminalia communicant, non ad grauandum, ſed liberandum reum.

Si obſcurum ſit ſecantis atteſtatum, poteſt etiam medicae Facultati declaratio committi.

OBSERVATIO CCLXXI.

Stuprata impraegnationem impune diſſimulat.

OBSER-

OBSERVATIO CCLXXII.

De ſeodo mere hereditario variae cautiones.

OBSERVATIO CCLXXIII.

Regula generalis de renunciationibus inualidis.
Lex prohibitiua et praeſcriptionem et renunciationem admittit.
Conſuetudo abrogat etiam legem prohibitiuam.
Inter legem iubentem et prohibentem vana et inutilis eſt diſtinctio.

OBSERVATIO CCLXXIV.

Foemina, quos ſine curatore iniit contractus, ſeruare tenetur, ſi iusiurandum acceſſerit.
Eyd macht mündig.
Si tamen non corporaliter ſed in ſcriptis iuratum ſit, foemina et minor reſtituuntur, ex doctorum ſententia non noſtra.

OBSERVATIO CCLXXV.

Factum conductoris locatori vtique nocet, nec in praeſcriptione tempora locationis ſubducuntur.
Colonus ob negatas operas contra ſubditos agens, ſatis ad cauſam eſt legitimatus nec opus habet mandato.
Conductores poſſeſſorium ſummariiſſimum inſtituunt contra locatores.
Immo precarius poſſeſſor contra concedentem.

OBSERVATIO CCLXXVI.

Epilepticus vix torqueri poteſt et rarius fuſtigatur.
A capitali poena autem ille morbus vix liberat.

OBSER-

OBSERVATIO CCLXXVII.

Replica quando libello inſerenda.
Exceptio praeſcriptionis non eſt ex officio attendenda.

OBSERVATIO CCLXXVIII.

Vxor fundum dotalem alienatum eo viuo fruſtra vindicat, quia dominium eius naturale dormit.
Mariti facta ſunt vxoris facta, nec retractare haec poteſt, ſi quid ille in adminiſtratione mobilium non ſatis circumſpecte geſſit.
Etiam immobilia bona conſentiente vxore valide alienat.

OBSERVATIO CCLXXIX.

Ad denunciandum nemo eſt obligatus, niſi Fiſcalis aut quorum ad officium pertinet.
Dominus quantitatem rei furto ablatae vt iurato afferat, cogi non debet.

OBSERVATIO CCLXXX.

Quaeſtio fere inextricabilis: de coherede factum defuncti contra coheredem impugnante.

OBSERVATIO CCLXXXI.

In criminibus ſpectamus leges loci vbi delictum commiſſum, ſi iſtae mitiores ſint; contra autem ſi ſint duriores, ſpectamus iura loci vbi accuſatur.
De deditione delinquentium.

OBSERVATIO CCLXXXII.

Quot columbas ruſtici alere poſſint?
Quae in ſenſu iuris Huba ſit? quid Iugerum?
Pretium juridicum eines Ackers eſt 50. Thalerorum, Hubae 1200. thalerorum.
Poena columbas necantium aut capientium.

OBSER-

OBSERVATIO CCLXXXIII.

Non omni furioſo curator dandus.

Propter imbecillitatem intellectus nullum vnquam vidi teſtamentum infirmari.

OBSERVATIO CCLXXXIV.

Iniuria non eſt ſi honoratiori obuius, contemtus cauſa, caput non aperias.

OBSERVATIO CCLXXXV.

De vno homine plures ſuſtinente perſonas.

Aſſeſſor duorum collegiorum quomodo ſe gerere debeat, ſi inter ſe haec collegia diſſideant.

Principis regiminis collegium non poteſt praeiudicare eius camerae.

Vaſalli duorum principum bello inter hos coorto, adhaereant ei quaſi iuſto.

OBSERVATIO CCLXXXVI.

An membrum vniuerſitatis cum vniuerſitate litigans ad ſumtus litis contribuendos cogatur?

OBSERVATIO CCLXXXVII.

Nunquam tortura, ne minima quidem decernenda, niſi ſententionantes ſine vlla haeſitatione iurare poſſint, ſe delictum vere commiſſum credere.

Tortura beneficium eſt.

OBSERVATIO CCLXXXVIII.

Etiam qui ſe in ſolidum obligarunt, gaudent beneficio diuiſionis.

Obligatio als Selbſtſchuldner non inuoluit renunciationem beneficii excuſſionis.

OBSERVATIO CCLXXXIX.

Qui incertum confitetur, cogi poteſt, vt certum fateatur.

OBSERVATIO CCXC.

Dos a patre obaerato filiae promiſſa quando ex concurſu peti poſſit?

OBSERVATIO CCXCI.

Antiqua ſcriptura quodammodo vitioſa fidem meretur, niſi falſi probabiles notae adſint.

In antiquis etiam copiae vidimatae recognoſcendae.

OBSERVATIO CCXCII.

Contra documenta nouiter reperta noua Reprobatio admittitur.

OBSERVATIO CCXCIII.

Prolongatio cambii ſubſcriptionem debitoris requirit.

OBSERVATIO CCXCIV.

Generalia de Pertinentiis et fundorum, aliarumque rerum acceſſionibus.

OBSERVATIO CCXCV.

Exceptio enati concurſus nec litis eſt ingreſſum impediens, nec ſententiam definitiuam remoratur:

Moto concurſu actiones particulares ceſſare, omnesque creditores ad forum vniuerſale remittendos eſſe, non omnino verum.

A tempore, quo magiſtratus debitori bonis interdixit, appellatur ein Credit Weſen, a tempore affixarum edictalium immo iam poſt ceſſionem bonorum dicitur ein Concurs.

Si ne bonis quidem interdixerit iudex, at qui adeo ſit obaeratus, vt omnes conturbationem praevideant, concurſus appellari poteſt materialis, quia formalis demum poſt ceſſionem bonorum ſolenniter factam, atque ſecutas edictales incipit.

OBSERVATIO CCXCVI.

Qui ſcalam adſcendenti furi tenuit, Germaniae moribus non putatur eſſe furti ſocius.

Stans ante oſtium in via publica et deiectam feneſtra ſuppellectilem auferens non eſt furti ſocius, ſed merus auxiliator.

Qui amicitiae non lucri cauſa furem occultat, furti nec ſocius, nec auxiliator.

OBSERVATIO CCXCVII.

Filius furioſus poteſt exheres ſcribi ob verbera patri ante furorem illata.

Dementes ne quidem tempore dilucidi interualli tormentis ſubiiciuntur.

OBSERVATIO CCXCVIII.

Ob metum periurii probabilem iurisiurandi delatio acceptata reuocari nequit.

OBSERVATIO CCXCIX.

Qui debitoris negotia in ſoluendis tributis geſſit, in priuilegium fiſci ſubintrat, quamuis iura a fiſco ceſſa non habeat.

OBSERVATIO CCC.

De pertinentiis feodalibus.

OBSERVATIO CCCI.

De ambitu praediorum ad viam proxime adiacente Vorhäuptern;

De Impluuio; dem Traufrechte;

De limitibus agrorum, Reinen,

De Compluuiis Schlippen,

Cui ſolarium debeatur ex taberna aedibus iuncta, von Buden Zinſe, Standgelde.

De ſepimentis in confinio poſitis Planken und Zäunen.

OBSERVATIO CCCII.

Tutor facto proprio contrauenire nunquam poteſt.

Ceſſionarius non ſemper vtitur perſona cedentis, ſed interdum ſua.

OBSERVATIO CCCIII.

Litterae inueſtiturarum ius faciunt inter vaſallum et dominum, ſed contra tertium nihil probant. Simile dicendum de ſcripturis emtionis et venditionis, et eccleſiarum matriculis.

Interdum tamen purgatorio immo et ſuppletorio locum faciunt.

OBSERVATIO CCCIV.

Etiam tutor, qui pupilli futurus heres eſt, rationes reddere debet.

OBSERVATIO CCCV.

Milites actione reali in loco rei ſitae recte conueniuntur.

OBSERVATIO CCCVI.

Interuſurii computandi ratio Carpzouiana euiluit.

OBSERVATIO CCCVII.

Si quis in variis monetae generibus mutuum acceperit, non expreſſa cuiusque quantitate.

OBSERVATIO CCCVIII.

Onanitica impuritas 14 dierum aut quod ſummum, quatuor ſeptimanarum carcere coercenda.

Si quis alteri ſemen elicuerit, et ab hoc idem paſſus ſit, quoniam impuritas haec maior, ad ſex aut octo ſeptimanarum carceres adſcendatur.

OBSERVATIO CCCIX.

De Meliorationibus feodi.

OBSERVATIO CCCX.

De Feodi Deteriorationibus.

OBSERVATIO CCCXI.

De Gerada ſingularia quaedam.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXII.

Regula: Omnes ſimultanee inueſtitos ſimul ſuccedere, interdum fallit.

OBSERVATIO CCCXIII.

De Morgengaba.

OBSERVATIO CCCXIV.

De Commeſtibilibus, Mustheile.

OBSERVATIO CCCXV.

Petitorio inſtituto interdum ſuper poſſeſſione pronunciare permiſſum.

OBSERVATIO CCCXVI.

Ob noua indicia rariſſime tortura repetenda.

OBSERVATIO CCCXVII.

Collegia opificum aliaque reſtituuntur in integrum.

OBSERVATIO CCCXVIII.

Obſeruantiae Dicaſteriorum quantum fieri poteſt, cuſtodiendae.

OBSERVATIO CCCXIX.

Laudemium etiam id, quod in caſum mortis ſoluitur, non ſecundum vetus, quo anteceſſor emit, ſed verum fundi pretium aeſtimandum.

Quid ſi fundo vendito contrahentes in fraudem domini minus pretium ſimulent, quomodo taxatio ſit inſtituenda?

Deducendum inuentarii pretium.

Iure Electorali in permutatione ceſſat per Conſt. ined. r. adde Carpzouii Conſtit. 39. P. 2. Defin. 15.

Etiam liberi a patre ementes laudemium ſoluunt veri pretii, quoniam etiam in Donatione laudemium habetur.

OBSERVATIO CCCXX.

Pacta ſucceſſoria, quod perſonam tertiam in iis nominatam attinet, mutari poſſunt, etiam inuito altero conjuge.

Pacta dotalia iudiciali confirmatione non indigent.

Sola ſubſcriptio acceptationem non inuoluit.

Si in pacto ſucceſſorio ſtipulator ante promittentem moriatur, tamen heredes ſuccedunt.

Clauſula derogatoria in pacto ſucceſſorio immutabilis.

Remedium ex L. fin. C. de edict. diu. Hadr. toll. ſtipulatori competit.

Pactum renunciatiuum in ſe tacitam continet clauſulam, ſi ei, in cuius fauorem renunciatum eſt, deferatur hereditas.

Si iuratum ſit, renunciatio propter laeſionem enormiſſimam non reſcinditur, ſi non iuratum ſit, reſcinditur. Conſt. Elect. 35. P. 2.

OBSERVATIO CCCXXI.

Qui alienas litteras aperit, etiam ſi nullum damnum ex eo emerſerit, tamen ſex ſeptimanarum carcere puniendus.

Eadem poena, ſi quis obſignationem iudicialem reuellit.

Aure ad parietem admota, quae in conclaui alieno geruntur, furtim explorantes carcere ſex dierum digni.

OBSERVATIO CCCXXII.

Fiſcus reſtituitur in integrum.

OBSERVATIO CCCXXIII.

Etiam extra Saxoniam contra matrimonium admittimus iurisiurandi delationem,

OBSERVATIO CCCXXIV.

Vniuerſitatibus et eccleſiis quadriennium reſtitutionis ſtatim currit a tempore contractus, aut ad ſummum a die, quo laeſionem reſciuerunt, niſi adſit ſupina negligentia vt facile ſcire potuerint, aut praeſcriptio iam completa ſit.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXXV.

Exheredatio liberorum, ob ſponſalia ſine parentum conſenſu inita, mox totalis, mox tantum vſque ad dimidium legitimae.

OBSERVATIO CCCXXVI.

Si in pacto retrouenditionis nihil de pretio dictum, praeſens aeſtimatio ſpectanda.

OBSERVATIO CCCXXVII.

An cui bona generali hypotheca oppignorata ſunt, perſecutionem habeat rerum Singularium alii venditarum?

Specialis hypotheca poſterior non vincit generalem anteriorem.

OBSERVATIO CCCXXVIII.

Periculum dotis in nominibus conſiſtentis, an ad vxorem pertineat?

OBSERVATIO CCCXXIX.

Neque a venditione neque a locatione arrhae diſpendium liberat.

OBSERVATIO CCCXXX.

Specimen Iurisprudentiae legislatoriae.

De poenarum capitalium crudelitate et vanitate.

Stupra in foeminis non punienda.

Poena carceris et exilii rei publicae eſt damnoſa.

OBSERVATIO CCCXXXI.

Steuergeld non illud eſt, quod in Steura accipitur, ſed quod ſecundum normam, quam pedem Lipſienſem vocant, excuſa eſt.

OBSERVATIO CCCXXXII.

Ob cimices conductum conclaue deſeri poteſt.

Famulis aegrotantibus victus et merces debetur.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXXXIII.

Witben Pelz. Viduae illata repetenti veſtes tamen lugubres debentur

OBSERVATIO CCCXXXIV.

Exoneratio Conſcientiae in cauſis minutis non obtinet.

OBSERVATIO CCCXXXV.

Tutori tranſigere et compromittere licet.

Tutor ſuper proceſſu tranſigens non opus habet decreto, ſi tamen tale vltro petat non iudex proceſſus ſed iudex domicilii aut rei ſitae dabit.

OBSERVATIO CCCXXXVI.

Socii tabernae etiam vltra ſortem ſocietati illatam, creditoribus tenentur in ſolidum.

Si tamen non ſocietatis nomine ſed ſuo proprio contraxerint, alter ſocius haud tenetur.

OBSERVATIO CCCXXXVII.

Ciues noui an teneantur ſoluere debita ab anteceſſoribus contracta?

Si quis recedit ab uniuerſitate deſinit aliquid ad ſoluenda debita contribuere.

OBSERVATIO CCCXXXVIII.

Eunuchi matrimonium.

OBSERVATIO CCCXXXIX.

Per ſubhaſtationem in concurſu creditorum factam hypotheca ſimultanea inueſtitura, retractus extinguuntur, non autem onera, nec ſeruitutes.

OBSERVATIO CCCXL.

Ab appellatione argumentum ad Leuterationem ducitur.

OBSERVATIO CCCXLI.

Proceſſus executiuus ex litteris inueſtiturae inſtitui non poteſt.

Litterae

Litterae inueſtiturae recentiores non raro derogant primis.

Caueant ſibi vaſalli et ruſtici ne litteras inueſtiturarum haud perlectas retineant.

OBSERVATIO CCCXLII.

Ius diuinum gradus non computat.

OBSERVATIO CCCXLIII.

Reſciſſo ob praeteritionem liberorum teſtamento legata tamen manent.

OBSERVATIO CCCXLIV.

Fidei commiſſum etiam verbis imperatiuis relinqui poteſt.

OBSERVATIO CCCXLV.

De Aduocatorum prolixitate.

OBSERVATIO CCCXLVI.

Cautela de conſuetudine probanda.

OBSERVATIO CCCXLVII.

Emtor aedium priuatim traditarum licet reſignatio iudicialis non acceſſerit, tamen iure vindicationis eas in concurſu petit.

OBSERVATIO CCCXLVIII.

Domino emphyteuticario promiſſum ante ducentos annos canonem in moneta veteri ad legem imperii excuſa, exigere non licet, nec principi in tali moneta ſteura ſunt pacto promiſſas publicas contributiones.

OBSERVATIO CCCXLIX.

Veneficii attentati poena.

OBSERVATIO CCCL.

Iudaeus ad ſuppletorium admittitur et ad Purgatorium in lite cum Chriſtiano.

OBSERVATIO CCCLI.

Subtractio ferarum furtum non eſt.

OBSERVATIO CCCLII.

Teſtamentum ruſticum tunc demum priuilegiatum, ſi heres probauerit, plures quam quinque teſtes haberi non potuiſſe.

OBSERVATIO CCCLIII.

Si nobilis depoſita iudicialia in ſuos vſus conuerterit, atque bonis cedat.

OBSERVATIO CCCLIV.

In diſpoſitione parentum inter liberos nulla opus eſt heredis inſtitutione.

Vt dies et conſul adſcribatur et vnciae litteris exprimantur hodie non requiritur.

OBSERVATIO CCCLV.

Diſcrimen obſeruantiae et conſuetudinis.

OBSERVATIO CCCLVI.

Vocabulum Dienſtzwang eſt ambiguae ſignificationis, mox enim indiſtinctam coactionem denotat, mox vero tantum protimiſin, ſi liberi velint ſe aliis locare.

Vtrumque ſimul exerceri nequit.

Si liberi ſe locauerint patri vel matri, domino nullum ius protimiſeos competit. Neque tamen parentum nomine, ſi mater mortua, vitricus continetur.

Ruſticorum liberi, oppidanas artes ruri exercentes cogi poſſunt, vt aut ad ruſticum vitae genus redeant, aut biennium ſeruiant, aut menſtruum cenſum vnius floreni ſoluant. Itaque ſi non oppidanas artes exerceant, ſed patri adſiſtant in opere ruſtico, etſi decem liberos ruſticos habeat, in nullum eorum domino coactio competit.

Liberi, ſe in vrbem conferentes opificii diſcendi cauſa debent prius ſeruiiſſe.

Elapſo ſeruili biennio omnimodam libertatem conſequuntur, vt nullo vnquam praetextu dominus eos denuo cogere poſſit.

Imbecilles aut perpetuo morbo lobarantes cogi nequeunt.

Liberi qui non amplius in patria poteſtate, ſed ſui iuris ſunt, v. c. ſi matrimonium inierint, non tenentur ſeruitia offerre domino.

Cogi non poſſunt, vt in praediis ruſticis nouiter a nobili coemtis operas pro mercede locent.

A iure hoc ſeruitiorum bannario etiam immunes Auszügleri;

Nec cogi poſſunt Inquilini die Hausgenoſſen, ſi hos exceperis, qui ſeruiendo victum quaerunt.

Ius cogendi competit ei qui inferiorem iurisdictionem habet.

Patre mortuo, licet eius liberi minorennes praedium non adminiſtrent, ſed ſe in ſeruitia aliis conferant, tamen non ſubſunt coactioni.

De caetero autem filius vel filia ſubditi non debent extraneis operas locare, antequam iurisdictionis domino tres menſes antea ſe obtulerint.

Is ſi intra quatuordecim dies animum declarauerit, tenetur per biennium ſeruire pro mercede legali.

Etiam ſi filius vel filia non perpetua ſed temporaria ſeruitia v. c. meſſium tempore aut triturae, locare velint, domini praerogatiuam habent.

Si intra biennium ſeruile, parentes ipſi ſuis liberis indigere incipiant, et hoc per iudiciales perſonas commonſtrent, aut ſi matrimonium incidat, alio famulo in locum ſui ſubſtituto, eos dominus dimittat.

Dominus domicilii parentum praefertur domino originis.

Si filius nondum praeſtitis biennalibus ſeruitiis migrauerit et alio in loco praedium conduxerit, deinde vero bonis lapſus ſeruire cogatur, praefertur eius praeſenti domicilio, dominus domicilii parentum.

OBSERVATIO CCCLVII.

Lex non tollit ſtatutum aut priuilegium anterius.

OBSERVATIO CCCLVIII.

A Subhaſtationibus neceſſariis non per omnia argumentatio ad voluntarias valet.

OBSERVATIO CCCLIX.

Ob ſtuprum nemo ex collegio Senatus mouendus.

Vidua opificis ſtuprum paſſa non amittit ius opificium exercendi, niſi id collegii ſtatuta differte iubeant.

OBSERVATIO CCCLX.

Commercia libera ſunto.

OBSERVATIO CCCLXI.

Dotalia praeſumuntur omnia, quae tempore contractarum nuptiarum mulier in bonis habuit.

Iure Saxonico et paraphernalia per adulterium amittuntur.

OBSERVATIO CCCLXII.

Donationes parentum et conferuntur et non conferuntur.

Soli heredes conferunt.

Donationes non imputantur legitimae.

OBSERVATIO CCCLXIII.

Articulans fatetur immo et excipiens.

OBSERVATIO CCCLXIV.

Atteſtata eccleſiaſtica, ſteuralia aliaque, quae intuitu officii a quopiam ſcribuntur, publica putantur, adeoque ſine recognitione probant.

OBSERVATIO CCCLXV.

De ſignificatione verbi Erbegelder.

Viduus ſuccedit in pretium ex fundo dotali vendito reſiduum, non autem ex reſiduo, quod vxori ex parentum praedio debetur.

OBSERVATIO CCCLXVI.

Difficilis conditio impoſſibili aequiparatur in contractibus, et pro non ſcripta habetur in vltimis voluntatibus.

OBSERVATIO CCCLXVII.

Tempus longum eſt decem annorum.

OBSERVATIO CCCLXVIII.

Executores teſtamenti ad ſubeundum munus cogi nequeunt.

OBSERVATIO CCCLXIX.

Condictio indebiti aduerſus tertium poſſeſſorem competit.

Si de tua pecunia ſoluam meo creditori tibi aduerſus hunc condictio indebiti non competit.

OBSERVAVIO CCCLXX.

Generalia de rebus expeditoriis.

De Heergewetta ſingulari militum.

OBSERVATIO CCLXXI.

De portione ſtatutaria.

OBSERVATIO CCCLXXII.

De computanda legitima in feodis nouiter adquiſitis.

OBSERVAVIO CCCLXXIII.

Si pater vel mater legitimos liberos in portione legitima inſtituat, licere ei omne reliquum patrimonium illegitimis aut concubinae legare.

OBSERVATIO CCCLXXIV.

Heres meus Titiae centum ſoluat, ſi ad annum aetatis XVI. perueniet. Hoc legatum conditionem, non diem inuoluit, vnde mortua ante annum XVI. legataria, eius legitimis heredibus nihil debetur.

OBSERVATIO CCCLXXV.

In actionibus perſonalibus reo alibi habitanti citatio in fundum allodialem inſinuari nequit.

OBSERVATIO CCCLXXVI.

Exceptio aditae cum inuentarii beneficio hereditatis non impedit executionem nec litis ingreſſum.

OBSERVATIO CCCLXXVII.

Locator praedii nobilis non tenetur ad euictionem, ſi ruſtici operas debitas conductori denegent.

In vniuerſitate rerum locata conductor rerum ſingularium fit dominus.

OBSERVATIO CCCLXXVIII.

Et Compenſatio et Retentio locum habet in Concurſu.

Vnica eſt iure electorali exceptio, ne creditor rem vnum ob debitum oppignoratam retineat, vſque dum ipſi alterius cuiusdam debiti nomine ſatisfactum.

Actiones liquidare noſtras cogimur in Concurſu, non Exceptiones.

OBSERVATIO CCCLXXIX.

Si quis Leuterationi, Appellationi et omnibus remediis iuris renunciauerit, ſibi praeiudicat.

OBSERVATIO CCCLXXX.

Volo vt hoc meum teſtamentum quomodocunque valeat, idem eſt, quam ſi clauſula codicillaris adiecta eſſet.

OBSERVATIO CCCLXXXI.

Poſſum tibi iusiurandum deferre, etiamſi inſtrumentum extraiudiciale habeas, id ipſum de quo iurare debes, demonſtrans.

Excipiendae tamen ab hac regula apochae, poſt triginta dies elapſos vbi iuriſiurandi delatio ceſſat.

OBSERVATIO CCCLXXXII.

Error in nomine teſtium aut ſigno documenti admiſſus emendari poteſt.

OBSERVATIO CCCLXXXIII.

Si auctor rixae occiſus.

Quisnam auctor rixae ſit, non tam certa regula, quam iudex vt plurimum aeſtumat.

Auctorem rixae vulnerans non quidem in pretium doloris attamen in ſumtus curationis condemnatur.

OBSERVATIO CCCLXXXIV.

Odium in fauorem redundare non debet.

OBSERVATIO CCCLXXXV.

Si in vniuerſitatis mutuo non ſyndicus, ſed ſinguli chirographum ſubſcripſerint.

Contra vniuerſitatem executiue difficillime agitur.

OBSERVATIO CCCLXXXVI.

Turpe iudici impunitatem delinquenti promittere, quam dare nolit, vel non poſſit.

OBSERVATIO CCCLXXXVII.

Transactionem impugnans prius datum vel acceptum reſtituere cogitur.

OBSERVATIO CCCLXXXVIII.

Veritatis exceptio rarius liberat a poena iniuriantem.

OBSERVATIO CCCXXXIX.

Si parentes ob iniuriam ſibi illatam liberos exheredes *ſcripſerint*, iniuria remiſſa non cenſetur, niſi mutato teſtamento.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXC.

In proceſſu executiuo, ſi reus chirographum eiurauerit, ſumptus litis compenſantur.

OBSERVATIO CCCXCI.

Matrimonium ſine propoſito liberos creandi legitimum.

Libidinis extinctio ſancti et caſti matrimonii legitima primaria cauſa.

Sobolis procreationem primarium matrimonii finem eſſe, ex Sacra Scriptura non probatur.

Si marito grauidae vxoris thalamum conſcendere licet, non eſt omnis legitimi concubitus finis liberorum genitura.

Ob ſterilitatem non diſſoluitur matrimonium ſed propter impotentiam et imbecillitatem membrorum genitalium diſſoluitur, ergo plus valet corporea delectatio, quam ſobolis genitura.

Si ad ſobolem omnia referenda, nullae erunt vetulae cum depontano nuptiae.

Praeter hominem animal nullum in coitu de ſobole cogitat. Quod autem in omni animali reperitur de eo dubitari non poteſt quin iuſtum ſit.

Amorem primarium nuptiarum cauſſam eſſe per inductionem demonſtratur.

Inclinationem vnius ſexus ad alterum atque coeundi inſtinctum a Deo adeoque honeſtum eſſe.

An fas ſit homini de diuinis et arcanis naturae conſiliis ſollicitari?

Voluptatis cauſa initum matrimonium iuſtum eſſe probatur ex ſacris litteris et theologorum libris, deinde obiter oſtenditur quod Onainus fecit turpe quidem facinus ſed naturali iure tolerabilius eſſe et leuius, quam ſi quis puerum vel ſuem caſtret.

Non eſt vt quibusdam videtur philoſophia noſtra beſtialis.

Qui ſecundarium finem accipiat neglecto principali ſcelus non committit.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXCII.

Retractus an exerceri poſſit ſi extraneus iam ſit inueſtitus.

OBSERVATIO CCCXCIII.

Debitori ante diem ſoluere licet in mutuo non in foenore.

OBSERVATIO CCCXCIV.

Si quis furem occiderit.

Furem deprehenſum non licet verberibus afficere.

OBSERVATIO CCCXCV.

Aduocatis ſportulas ex actis liquidas petentibus non opponendae exceptiones altioris indaginis.

OBSERVATIO CCCXCVI.

Deſidioſus tutor ſtatim conueniri poteſt, nec opus ut antea debitor excutiatur.

De non exactis debitis tutor non tenetur niſi ſingularis deſidiae reus ſit.

OBSERVATIO CCCXCVII.

Abſolutus in proceſſu executiuo propter diffeſſionem iuratam nihilominus ordinarie conuenitur, neque tamen creditor tunc in probatione mutui documento eiurato vti poteſt.

Qui ob contumaciam in proceſſu executiuo condemnatus eſt, tamen exceptiones per modum non quidem conuentionis attamen ſeparatim inſtituendae actionis deducere poteſt.

Idem etiam obtinet in proceſſu ordinario.

OBSERVATIO CCCXCVIII.

Interdum fertur ſententia locationis extra concurſum.

OBSERVATIO CCCXCIX.

Contra locatorem et venditorem dirigitur interpretatio. Sed etiam contra mandantem commodatarium et deponentem.

Clarius loqui debuit is, qui ſingulare quid et irregulare deſiderat.

OBSERVATIO CCCC.

Sponſalium diſſoluendorum iuſtae et ſpuriae cauſae.

OBSERVATIO CCCCI.

Per fideicommiſſum hodie quis plus onerari poteſt quam honoratus eſt.

OBSERVATIO CCCCII.

Ex duabus contrariis probationibus iudex pro ſuo arbitrio ſibi probabiliorem eligit.

OBSERVATIO CCCCIII.

Ne quidem res geradicas vxor ſine mariti conſenſu oppignorare poteſt.

OBSERVATIO CCCCIV.

In reprobatione haud vti licet iure iurando ſuper capite in Interrogatoriis contra probationem antea exhibitis contento.

OBSERVATIO CCCCV.

Iactans ſe crimen commiſiſſe arbitrarie punitur.

OBSERVATIO CCCCVI.

Mater ſi ſe tutricem liberorum gerat opus habet tutorio.

OBSERVATIO CCCCVII.

Viae publicae iurisdictio in Saxonia Electorali iudici ordinario competit.

OBSERVATIO CCCCVIII.

Cauſae minutae extra Saxoniam.

OBSERVATIO CCCCIX.

De ſucceſſione hominis in alio territorio bona poſſidentis.

Si territoriorum diuerſorum incolae tertio loco nuptias contraxerint, ſucceſſio diiudicanda non ex loco copulationis ſed domicilii mariti.

De aliis huiusmodi legum colliſionibus.

In cambio iura loci vbi ſcriptum eſt, non ſolutionis attendenda.

In indoſſamentis et acceptationibus contra.

Promiſiſti per epiſtolam alteri et ille acceptauit; ante quam vero tibi de eius acceptatione conſtat, promiſſum reuocas. Reſpondeo non licere.

Locus contractus vbi acceptatio facta.

OBSERVATIO CCCCX.

Vidua portionem ſtatutariam accipiens mariti heres putanda.

Teſtati et inteſtati naturalis pugna non ſemper.

OBSERVATIO CCCCXI.

Si quis per epiſtolam tibi quid mandat, tu vero non reſpondes, mandatum non contrahitur.

Qui tacet, diſſentire videtur potius quam conſentire.

Aſſeſſor iudicii poteſt impugnare actus ipſo praeſente ſuſceptos.

OBSERVATIO CCCCXII.

Quomodo rapina a robbaria, haec a latrocinio, atque ſingula a furto qualificato et viae obſeſſione differant.

In rapina poena gladii non obtinet, ſi magis aſtuta fuerit quam violenta.

OBSERVATIO CCCCXIII.

Exceptio per me non ſtetit attendenda in teſtamentis non in contractibus.

Poenitentiae etiam hodiernis moribus in contractibus innominatis non rare locus eſt.

Qui promiſit tertium quid facturum eſſe ſi tertius non faciat, fruſtra promittens exceptionem per ſe non ſtetiſſe, opponit.

OBSERVATIO CCCCXIV.

Si praeter cambium hypotheca conſtituatur etiam in hypotheca vſurae 6 pro 100 promiſſae.

OBSERVATIO CCCCXV.

Si quid vicini detrimento aedificatum ſit, id demoliendum, etſi ab initio nouum opus non fuerit nunciatum.

Nuptiae inter fratrem et ſororem ſemel initae inuitis iis non diſſoluendae.

OBSERVATIO CCCCXVI.

Stuprator non cogendus alimenta in nummis praebere, ſi infantem ipſe in ſua domo educare velit.

Stuprata ſi mortua, ſpurius eſt in poteſtate aui.

OBSERVATIO CCCCXVII.

De ſententiis medium ferientibus Schnitterurtheln, Bauerſchieden.

OBSERVATIO CCCCXVIII.

Si caput rei et quod potiſſimum ad condemnationem ſufficit delinquens fateatur, facile creditur, nec commiſiſſe quae negat.

OBSERVATIO CCCCXIX.

Membrorum mutilatio militiae detrectandae cauſa ſex ſeptimanarum carcere punitur.

OBSERVATIO CCCCXX.

Probatio rei ineptae, aut iusiurandum ſupervacaneum, etiam poſt rem iudicatam reiicitur.

De ſententiis tacite alternatiuis.

OBSERVATIO CCCCXXI.

Lotteria.

OBSERVATIO CCCCXXII.

Turbatio poſſeſſionis etiam in non faciendo et omittendo conſiſtere poteſt.

OBSER-

OBSERVATIO CCLII.

Propter Feodum conſenſu domini oppignoratum actio hypothecaria inſtitui poteſt in foro domicilii et coram iudice territoriali. Vide tamen Tr. de Pſeudo feodalibus cauſis.

Executionem tamen in ipſam feodi ſubſtantiam nemo decernit, niſi regiminis collegium, quod curiam clientelarem praeſentat.

Immo ne quidem fructus decernit iudex allodialis.

Si in foro domicilii actio hypothecaria inſtituatur, non ſolum fru- 1
ctus creditori dicaſteria adjudicant, ſed ipſius beneficii poſſeſſio-
nem, hac formula: Daß Beklagter das verpfändete Lehn Klägern
ſo lange, bis er wegen des Hauptſtammes derer 1000 fl. auch rückſtändigen
Zinſen, daraus befriediget, abzutreten und einzuräumen ſchuldig. Quodſi 2
autem res deinde ad executionem deueniat, nemo eam in ipſam feodi
ſubſtantiam decernere poteſt, niſi curia clientelaris et ipſe dominus
directus. LVDOVICI Lehnsproceß cap. 15. Vide etiam *O. P. R. ad titul.
40. §. 1.* In fructus foedi judicem ordinarium executionem decerne-
re, diſpoſitum quidem in Ord. *Cameral. Imper. P. 2. lib. 9. §. 2. P. 3.
lib. 48. §. 5.* idque argumento *II. F. 45.* Sed Saxoniam tamen Electo-
ralem quod attinet non ſilentio praetermittendum, quod Rex Poloniae
die 25. Aprilis 1749. curiae prouinciali ſupremae reſcripſit: Dieweil
wegen Vollſtreckung der Hülfe in die Nutzungen des Lehns leicht allerhand Ir-

 rungen,

rungen, zumal in Fällen, da bey Lehngütern, auf welche auf euren Befehl mit der Execution und Immiſſion, ohne daß es zu der Lehns Curie Wiſſenſchaft gediehen, verfahren, von denen Vaſallen hingegen mit Verſchweigung dieſer Beſchaffenheit, Conſens in die Verpfänd- oder Veräuſerung ſolcher verholſenen Güther, bey der Lehns Curie geſuchet und ertheilet worden, erwachſen können: So begehren wir gnädigſt, ihr wollet in Zukunft, wenn um die Execution in die Lehngüther und deren Fructus angeſuchet wird, die Klägere mit ihrem diſsfalſigen Geſuch an die Landes Regierung verweiſen und ſelbigen, zu deſſen Erlangung, beglaubte Abſchriften von denen Urtheln mit ausdrücklicher Bemerkung, daß dieſe Rechtskräftig, mittheilen, ſelbſt aber mit weiterer Anordnung einiger Hülfe in die Lehngüter oder deren Nutzungen gänzlich anſtehen.

OBSERVATIO CCLIII.

Dotalitium non ceſſat propter ſecundas nuptias.

Noua ESTORIS in *Diſp. An dotalitium propter ſecundas nuptias ceſſet*, et BVRCHARDI GOTHELF STRVVII *in Elem. Iur. Feud. cap. 13. §. 388.* opinio facile refellitur ex Gloſſa Iuris Feodalis Saxonici cap. 57. vbi verba: Auch ſolt ihr wiſſen, daß die Manne, die ſich beweiben mit ſolchen Weibern die Leibgedinge hat ꝛc., Item: Nimt ein Mann eine Wittwe die Leibgedinge hat, der Mann iſt ihr Vormund ihres Guthes dieweil ſie lebet, und darum nimt er auch alle die Pfleg und Früchte. Idem ſcriptum *in I. P. S. lib. 3. art. 76.* Secundum haec dotalitium ad mortem vſque perdurare, etiamſi vidua ad ſecunda vota tranſierit, pronunciauimus ſaepe et nuper adhuc Gothano cuidam, Menſe Septembri 1766. Imo veterem hanc opinionem prae noua praeualuiſſe in Imperiali Camerae Iudicio, diſcimus ex CRAMERI Nebenſtunden *P. 9. p. 3.* Eſt ſane acceptatio dotalitii contractus vitalitius, qui per nuptias non deſinit.

OBSERVATIO CCLIV.

Aureum contra improbos conductores remedium.

Sequeſtrationis proceſſus eſt ſummariiſſimus.

Non biennium requiritur, vt propter mercedem non praeſtitam conductor expellatur, ſed ſufficit ſi generatim bis non ſoluerit.

A ſequeſtratione ſe liberare poteſt conductor, ſi fideiuſſores idoneos ſiſtat.

Non admittenda in ſequeſtrationis proceſſu leuteratio.

Anxie ſaepius locatores fraudibus coloni circumſcripti petierunt, vt, 1 quoniam agros conductores relinquant incultos et omnia perdant, trabes ex aedibus ſerra eximant et fornaci deuorandas iniiciant, ſiluas ad perniciem vſque depopulentur et praedio ad ruinam vſque abutantur, hos peſſimos ante finitum locationis tempus, deiiceremus. Vtcunque autem miſerti fuerimus iniquae conditionis, defuit tamen huc vſque remedium, quo malum tale pelleremus. Nam ſtatim in promtu erat colonorum exceptio: Nondum finita locatio; Habes interea praeſtitam a nobis ſecuritatis cauſa pecuniariam cautionem; Si mercedem non ſoluimus, ſi inventario conſignatas res vendimus, ſi quid perdimus, age contra nos locati actione. Credo equidem hiſce inprimis temporibus omnia laboraſſe dicaſteria, vt viam aliquam et rationem inuenirent, qua fraudibus hiſce conductorum fraenum iniiceretur, ſed excuſſis ſedulo omnibus iurisprudentiae loculis non reperiebatur vllum contra ſonticum malum remedium. Allucebat quidem nobis Lex 3. C. de locat. in qua, ſi colonus praedio conducto abutatur, 2 eum expelli poſſe, Imperator permittit. Verba haec ſunt: *Aede, quam te conductam habere dicis, ſi penſionem domino in ſolidum ſoluiſti, inuitum te expelli non oportet, niſi propriis vſibus dominus eam neceſſariam eſſe* PROBAVERIT *aut corrigere domum maluerit, aut tu male in re locata verſatus es,* At ſi talis abuſus conducti praedii ſolenniter iudici probandus

dus, bone Deus! facillime protrahet hanc litem conductor, vſque dum finis locationis ſuapte appropinquauerit. Adeoque quod lex vna manu praebet, altera, eripere videtur, nam ad penitus remouendum conductorem et plane diſſoluendum contractum ſolenni probatione opus eſſe, et ipſe putauerim et omnes omnino doctores conſentiunt. Illos vero qui, vſque dum haec probatio perficiatur, ſequeſtrationem decernendam putarent, illud ipſum obueniens in ſuperiori lege verbum: *Probauerit*, illico deterrebat.

3 Sed ſalua res eſt, nam etiamſi vel maxime ad penitus diſſoluendum locationis et conductionis contractum ſolenni probatione opus eſſe conceſſerim, tamen ea non opus eſt, ſi de ſequeſtro decernendo quaeſtio incidat. Itaque menſe Auguſto 1766. collegium ſtatuit, ſatis demonſtratum eſſe, ad ſequeſtrationem obtinendam, rei conductae abuſum, ſi, per ocularem inſpectionem, adcitato conductore rite inſtitutam, in deterius omnia vergere nec culta eſſe noualia, aliaque damna pateant, MEVIVS *P. 5. Deciſ. 347.* aut ſi duo teſtes ſummarie interrogati iurauerint, conductorem in conductas aedes meretrices recepiſſe et lenocinio ſe ſuosque ſuſtentare. Hoc facto, licet propter defectum ſolen-
4 nis probationis diſſolui totus contractus nequeat, tamen Sequeſtratio, non quidem in nobilium praediis a Iuſtitiario, domini vt plurimum familiari, ſed a dicaſterio decerni poteſt. *L. 20. princ. et §. 4. C. de agricolis et cenſitis et colon. Cap. fin. X. de ſequeſtr. fruct. et poſſ.* Item Imperatores Antoninus et Verus in L. 21. §. 3. ff. de appellat. reſcripſerunt: *Quamuis vſitatum non ſit fructus agri, de quo diſceptatio ſit, deponi, tamen cum populitarentur ab aduerſario, aequum ſibi videri fructus apud ſequeſtres deponi.* Sed et doctores omnes conſentiunt. GAIL. *lib. 1. Obſ. 148.* et MYNSINGER *lib. 5. Obſ. 35. n. 4.* vtpote qui ex iure demonſtrant, ſtatim ad ſequeſtrationem deueniri, ſi is, qui rem detinet, de fuga ſit ſuſpectus, aut eam dilapidet, aut fructus populetur.

5 Iam vero a me nemo poſtulet, vt ipſi ad ſequeſtrationem obtinendam mero ſummario proceſſu opus eſſe, demonſtrem, cum in rebus admodum notis et peruulgatis ſufficiat dubitantes ad libros iureconſultorum et ad doctorum auctoritates remittere, quod quidem facere non ſuperſedeo, eos ablegando ad MEVIVM *P. 5. Deciſ. 233. num. 5. et 6.* BÖHMERVM *Tom. 2. P. 1. Conſil. 313. num. 10.* CARPZOVIVM *in Proceſſ.*

ceſſ. tit. 1. num. 49. vt plane mirum ſit, in Ordinatione Proceſſus Recognita tit. 1. § 6. inter caetera Summarii exempla ſequeſtrationis proceſſum non nominatum fuiſſe. Hoc certum habeo, non eſſe in ſequeſtrationis proceſſu, quoniam de poſſeſſione momentanea agitur, admittendam leuterationem. Interea tamen, cum ſequeſtratio declinari poſſit, datis fideiuſſoribus aut alia ſatisdatione, non debent audiri conductores, ſi ſuam initio contractus praeſtitam cautionem allegent, quae plerumque exigua et leuibus damnis vix idonea, quoniam omnes locatores plerumque ſuos colonos ab initio bonos facile praeſumunt. Igitur vbi malos euentus demonſtrat, praeter eam noua cautione de non amplius deteriorando opus eſt, ſi ſequeſtrationem decretam per eam remouere cupiant.

6

7

Nunc ipſam ſententiam noſtram ſuperius allegatam apponimus: 8
Daß Klägers auf Räumung der Mühle gerichtetes Suchen nicht ſtat hat, es mag aber, wenn zweene oder mehrere von den Ausſtellern des fol. 30. befindlichen Zeugniſſes, ſothanes Atteſtat vermittelſt Eydes beſtärken, mit Sequeſtration der verpachteten Grundſtüke, bis zu Austrage gegenwärtigen Rechtshandels, wohl verfahren werden. RATIONES: Obwohl die Rechte 9
klärlich beſagen, daß ein Pachter, wenn er in zwey Jahren keinen Zins abführet, desgleichen; ſi in re locata male verſetur,

L. 54. §. 1. D. loc. cond. Auth. Qui rem huiusmodi C. de SS. eccleſ.

eamque, vel ſaltim partem eius, deteriorem faciat, ſtatum eius, in quo erat, diminuendo, et de ea re conſtet, noch vor Endigung der Pachtzeit aus dem erpachteten Guthe durch richterliche Hülfe abgetrieben werden könne,

WEGIVS *de locat. cond. c. 12. §. 34. ſeq. §. 53. ſeq.*

welches inſonderheit ſtat findet, ſi conductor agros ſecundum morem regionis non colat,

MANTICA *de tacit. et ambig. conuent. lib. 3. tit. 7. num. 17.*

quia tacita ineſt contractui conditio: ſi penſionibus paruerit et, vt oportet, coleret,

L. 54. §. 1. D. loc. cond. MÜLLER *ad Struuii Syntagm. Exercit. 24. §. 12. not. d.*

10 ſo gar daß nicht einmal ein pactum de non expellendo ob abuſum rei für gültig geachtet wird,

STRYK. *Cautel. Contract. Sect. 2. c. 9. §. 17.* WEGIVS *de locat cond. c. 12. §. 54.*

alhier aber Beklagter nicht nur ſeit Johannis 1764. kein Pachtgeld entrichtet, ſondern auch in Anſehung des Mißbrauchs der erpachteten Mühle und dazu gehöriger Grundſtücke die fol. 29. ſeq. befindlichen Atteſtate wider ſich hat.

11 Dennoch aber und dieweil Beklagter in dem Pachtbriefe der Ausflucht des nicht erfülten Contracts ſich keinesweges begeben, einfolglich Kläger zuförderſt die Seiten ſeiner beſchehene Erfüllung deſſen, beweiſen muß, weswegen auf Räumung des Pachtes wegen nicht bezahlter Pachtgelder nicht zu erkennen geweſen, ſo wenig ſolches auch wegen der vorgegebenen Deterioration füglich geſchehen mögen, da ſelbige zur Zeit behörig nicht erwieſen,

MEVIVS P. 2. Deciſ. 33. BRVNNEMAN. ad L. 3. C. locat. cond.

jedoch da ſolcher geſtalt beyde Theile darüber: Wer bis zu Ausgang gegenwärtigen Rechtshandels in dem Beſitze und Genuße der Mühle verbleiben ſolle? unter einander ſtreitig, als in welchem Falle, oder wenn metus dila-
12 pidationis vorhanden, die Sequeſtration zu veranſtalten, in denen Rechten nachgelaſſen, auch um hierzu zu gelangen, keines weges förmlicher Beweis erforderlich, ſondern nur eine ſummariſche Unterſuchung und *aliqualis demonſtratio* hinlänglich,

FRANC. CVRTIVS de Sequeſtrat. num. 32.

alhier auf Sequeſtration, daferne obangeregte Atteſtate von einigen derer Ausſteller eydlich beſtärket werden, das Abſehen zu richten, um ſo mehr billig geſchienen, da auſſerdem Beklagter die Mühle ſamt Zubehör ohne Abgabe des geringſten Pachtgeldes, wie er ſchon 2 Jahre lang gethan, ferner bis zu Ende des Proceſſes unbilliger Weiſe, bey einem zwar anfangs beſtelten aber nur geringen Pachtvorſtande, nutzen würde, dahingegen durch die erkante Sequeſtration beyden Theilen ihr Recht vorbehalten wird, ſo iſt ꝛc.

Hoc loco et illud monere non ſuperuacaneum videtur: memoratum in iure Romano biennii tempus, ob quod, non ſoluta mercede con-

conductor expelli poteſt, hodie non de vero biennio, ſed de duobus ſolutionis temporibus: Wenn der Pachter zwey Termine ſchuldig geblieben, accipiendum eſſe. Nam apud Romanos merces demum ſub finem ſingulorum annorum numerabatur, *L. 24. pr. ff. L. 36. L. 54. §. 1. ff. loc. cond. L. 34. ff. de reg. iur. L. 29. L. 140. ff. de verb. oblig.* Iam vero, cum hodie non annuatim, ſed ſemeſtribus ſingulis immo breuioribus ſpatiis, mercedem ſolui moris ſit, merito ſubſcribimus auctoritati doctorum, qui etiam breuius tempus ſufficere ſtatuunt. BERGER *Oec. Iur. lib. 3. tit. 4. §. 25. not. 3.* WERNHER *P. I. Obſ. 136.* LEYSER *Specim. 220.* MENKE *Pandect. lib. 19. tit. 2. §. 15.* RICHTER *Deciſ. 81. num. 1.*

OBSERVATIO CCLV.

Cur vidua geradam inuentario hereditatis maritalis inſerere iubeatur?

Nemo res proprias conſignare cogitur.

Aeſtimatio rerum conſignatarum iuriiurando ſpecificationem edentis non committenda.

Documenta etiam ſpecificationi inſerenda.

Nomina, omiſſa quantitate cuiusque debiti, iuranda.

Experior multos rationem comprehendere non poſſe vſitatae in colle- 1
gio huius pronunciandi formulae: Daß Beklagte zu eydlicher Be-
ſtärkung der überreichten Specification über ihres Ehemannes Nachlaß, je-
doch mit Hinweglaſſung der Taxe ingleichen auch derer ſowohl obhabenden
als auſſenſtehenden Schulden zu laſſen, es könte und wolte denn Kläger: Daß
ein mehreres, als angegeben worden, in der Erbſchaft vorhanden geweſen,
wie Recht erweiſen, ſo iſt mit der Eydes Leiſtung annoch anzuſtehen; Item 2
et hoc miratos fuiſſe, quare vidua etiam res vtenſiles, quae tamen adhuc viuo marito iam ad eam iure dominii pertinuerunt, iubeatur ſuae iuratae ſpecificationi inſerere, cum tamen lex nullibi mandet, vt quis

res ſuas proprias conſignet et deſcribat, ac nemo ſic homo ſimplex immo magis ſtultus inueniatur, vt publico inuentario ſua bona immiſceat, nec ad hoc adigi poſſit. 3 Contra vero, cum nihil magis neceſſarium videatur, quam vt aes alienum pariter atque nomina conſignentur, ſaepius tamen pronuntiari, haec, pariter atque rerum aeſtimationem adſcriptam, ex iurisiurandi formula omitti debere. Quamobrem non ingratum fore lectoribus puto, ſi reſponſum addam ex quo cauſas huius formulae cognoſcere poſſint:

4 Dennoch aber und dieweil ein Inventarium oder die ſtat deſſen eingeführte eydliche Specification nichts anders, als ein Verzeichniß derer=jenigen Sachen iſt, ſo aus dem Nachlaſſe eines Verſtorbenen ſich jemand angemaſet, alſo dieſe Anmaſung und Occupation den Grund der Obliegenheit dergleichen Verzeichniß zu überreichen, lediglich abgiebet; wannenhero die eydliche Beſtärkung über ſolche Grenze ſich nicht erſtreken, noch die Witbe das Inventarium, ſo die Vormündere übergeben, nicht einmal de credulitate, zu beſchwören, angehalten werden darf; ſondern genug iſt, wenn ſie nur von denenjenigen Sachen, welche dem Verſtorbenen gehöret und deren ſie ſich wirklich angemaſet, (ſie mag ſie übrigens jezo noch beſizen oder 5 verſchenket und verkaufet haben) ein Verzeichniß in die Gerichte liefert, ſo dann Kläger, daß ſie auch ihre eigene Gerade und das Musthei mit hinein bringen ſolle, um deswillen mit Recht begehret, weil, wenn ſchon ſolche der Witbe Eigenthum, gleichwohl dieſelbe nicht ihre eigene Richterin abgeben und nach ſelbſtigem Gutbefinden, was zur Gerade gehörig? beurtheilen darf, immaſen, ſo bald nur der geringſte Zweifel, auch fremde Sachen mit verzeichnet werden müſſen, weil *L. 22. § 2. C. de iure delib.* ausdrüklich beſaget: ſuper his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat, in-6 uentarium conficiendum; die Taxe aber oder der Werth, zumal bey wichtigen Dingen, ohne des Gegentheils Einwilligung, nicht alſo fort auf den bloßen Eyd zu ſtellen; und auf gleiche Weiſe ſowohl die obhabenden als auſenſtehenden Schulden des Verſtorbenen zwar anzuzeigen, jedoch aus der Eydes Notel hinweg zu laſſen ſind, ſintemalen wenn zum Exempel die Witbe unter des Ehemannes Schulden ihr Eingebrachtes angeſezet hätte, ſie doch ſolches ſich nicht ſelbſt zuſchwören könte, oder fals ſie würklich daſſelbe unter andern Schulden mit beſchworen hätte, dieſes im Erfolge mancherley Bedenklichkeiten und Widerſprüche nach ſich ziehen würde. So iſt 2c.

Et

Et alio tempore: Die Beklagte Witwe, was für Gerade oder Pertinenz Stüke des ihr vermachten Hauſes zu erachten, ſelbſt zu ermeſſen nicht gebühret, ſondern deſſen Erörterung zum künftigen Haupt-Erbkenntniſſe gehörig vielmehr vorjezt lediglich darin: was der verſtorbene Ehemann überhaupt verlaſſen, die Frage iſt, ſolchemnach alles und jedes ſo dieſer beſeſſen und ſie nach ſeinem Tode an ſich genommen, anzuzeigen ihr oblieget, ſo iſt ꝛc.

Interea tamen negare non poſſum, in noſtris ſententiis verba: Mit Hinweglaſſung der außenſtehenden ſowohl als obhabenden Schulden, mihi non ſatis adaequata videri, cum ſaepius defuncti potiores facultates in nominibus conſiſtant adeoque quam maxime interſit, haec potiſſimum conſignari, vt neſciam, anne formula ſententiae commodius ita inſtruatur: Jedoch mit Hinweglaſſung derer obhabenden Schulden, und ſo viel die auſenſtehenden betrift, nur überhaupt dergeſtalt: daß Beklagte deren mehrere nicht anzugeben wiſſe, und ſie dergleichen weder eingehoben noch wiſſentlich verſchwiegen, im übrigen aber ebener maaſen mit Hinweglaſſung der Summe einer jeglichen Schuld, beſchehenen Einwendens ungeachtet, billig zuzulaſſen. 7

Secundum haec iudex ipſam iuriſiurandi formulam ita concipiet: Ich N. ſchwöre hiermit zu Gott dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd: daß das mit C bemerkte Verzeichniß, ſo ich von meines verſtorbenen Ehemannes Nachlaſſe eingereichet, und mir wiederum von Stük zu Stük vorgeleſen worden, in allen, ſo viel mir wiſſend, richtig ſey, und ich daraus mit Vorſaze nichts hinterhalten habe, inſonderheit daß, ſo viel die auſſenſtehenden Schulden betrift, ich deren mehrere nicht anzugeben weiß, und dergleichen weder eingehoben, noch wiſſentlich verſchwiegen, endlich daferne mir etwas, ſo zu dieſer Verlaſſenſchaft gehörig, annoch beyfallen ſolte, ich ſolches treulich angeben wil, ſo wahr mir Gott helfe und ſein heiliges Wort. 8

OBSERVATIO CCLVI.

Paſcua inficiens vel apes et gallinas veneno necans gladio feritur.

Crudelitas in beſtias referenda inter crimina extraordinaria.

Punitur carcere, immo relegatione.

Secundum ius naturae hominum erga beſtias aeque ſancta, quam erga homines officia.

Beſtias cultro anatomico diſſecaſſe viuas, arbitrariam poenam meretur.

De medicorum canone: Faciamus periculum in anima vili.

1 Iura hominis in bruta omnes cantant, nemo officia. Tale nempe noſtrum genus, quod ſe diuinitati proximum immo vix genios ſiue angelos praeſtantiores putat. Solemus plerumque nos, nec de caetero quicquam, curare. Quid mirum ergo, ſi extiterint, qui officia hominis erga beſtias plane negarent. Quare hoc autem? Quia nimirum animalia ius exigendi non habeant, ſiquidem ius et obligationes correlata ſint. Merus hic in verbis luſus. Neque enim placet definitio, vt ſit officium, quod alter a te exigendi ius habeat. Hac ratione enim nulla eſſent in naſciturum aut infantem officia; ſed potius actio, quam lex naturae a nobis exigit, Officium dici ac definiri debet. Id omne ſi recte explicare velimus, non animalibus tale officium debemus, ſed deo. Soli cacodaemones cruciatibus delectantur, ſed deus vult omnibus creaturis bene et malorum quam minima eſſe. Gaudiis hominum et animantium delectatur. Nec ob aliam cauſam vniuerſum hoc creaſſe putatur, quam ne ſolus ſibi videretur beatus ſed innumeris communicaret ſenſum laetitiae et voluptatis.

Itaque

Itaque hominum erga beſtias obligationes naturales ſtatuo, et quod 2
§. 1. ff. locat. L. 31. §. 3. ff. de vſurpat. L. 32. §. 1. ff. de adquir. vel. amitt. poſſ. MENKE *Pand. lib. 43. tit. 17. §. 4.* ac idem dicendum ſit de Precario, *L. 18. ff. de precar.* tamen, cum poſſeſſorio Summariiſſimo et actione ſpolii etiam nudi detentores fruantur, Summariiſſimum poſſeſſorium etiam aduerſus locatorem recte conductores inſtituent. *L. 12. et 18. pr. ff. de vi et vi arm. Arg. L. 40. §. 1. ff. de adquir. vel. amitt. poſſ. L. 33. ff. locat. cap. 4. X. de praelat. ne vices.* WERNHER *P. 1. Obſ. 87.* Et 228. recte Berger in Electis Proceſſus Poſſeſſorii ait: Nudis detentoribus competit interdictum momentaneum *L. 1. C. ſi per. vim, L. 27. in fin. L. 40. §. 1. D. de adq. vel. amitt. poſſ.* Ergo multo magis retinendae interdictum dabitur, quum facilius retentioni quam actioni locus ſit, *Ex quo conſequitur iudicio poſſeſſorio ſummario etiam vſu fructuarium, creditorem pignoratitium, inquilinum, colonum, depoſitarium, commodatarium, negotiorum geſtorem, procuratorem et hoſpitem et eum qui precario poſſidet, aut familiaritatis iure fundum ingreditur experiri poſſe.* Verba BERGERI l. c. vide etiam ſupra Obſ. CLXXVIII. Generaliter nota, le- 2
ges de interdictis Romanas in poſſeſſorio ſummariiſſimo quod iure canonico atque germanico ſuum originem debet, inutiles eſſe. Quod 3
autem vulgo aſſeritur, locatori non nocere, ſi conductor in interrumpenda praeſcriptione deſidioſus fuerit, ex *L. 12. C. de adquir. vel. amitt. poſſ.* haud quaquam probatur, verba huius legis ita ſe habent: *Si inquilinus poſſeſſionem dereliquerit vel alii prodiderit, deſidia forte vel dolo, vt locus aperiatur alii eandem poſſeſſionem detinere, nihil penitus domino praeiudicii generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, ſed ipſe competentibus actionibus ſubiugetur, omni iactura reſtituenda domino rei.* Nihil hic dicitur de actione domini contra tertium, ſed tantum de actione contra inquilinum, ad damnum deſidia vel dolo datum reſarciendum. Neque de praeſcriptione lex loquitur, ſed tantum quaerit, an deſidia vel dolo conductoris interdictum domino pereat? Hoc negatur, quia decipientibus iura non ſuccurrunt. Vnde haec lex valde exiguam praeſtat vtilitatem noſtris moribus, quibus tempora praeſcriptionis non tam curta, quam olim. Multo itaque minus conductoris deſidiam obuertet locator, ſi iam ante locationem tertius in poſſeſſionem venierit, atque ſic tantum locatoris deſidiam continuauerit. BÖHMER *Tom. 3. P. 1. Conſil. 58. n. 22.*

4 Generatim vt dicam, ſi dederis atque conceſſeris, conductoris continuatam poſſeſſionem locatori prodeſſe, non video, quare neglecta nocere non debeat. Imputet ſibi locator, quod ſibi deſidioſum conductorem elegit. Quod autem in *L. 153. ff. de regul. iur.* dicitur, non niſi et corpore et animo amitti poſſeſſionem, plerumque fallit, quoniam haec regula, vt pleraeque in hoc titulo, ſpecialis eſt, non generalis. *Vide etiam L. 3. §. 12. ff. de adq. vel. amitt. poſſ. §. 5. Inſt. de interd.* Nam per colonum continuari poſſeſſionem certum eſt. L. 30. §. 5. *ff. de adq. poſſeſſ.* Sane quilibet conductor per ipſam conductionem mandatum quaſi a locatore accepit, vt eius nomine omnia iura exerceat, ſed etiam obligationibus ſe debitis ſubmittat. *L. 29. ff. locati L. 1. C. ſi per vim vel al. mod.* Vnde per litteras conductionis den Pachtbrief ſatis legitimatus eſt. Nonne vero quod mandatarius fecit, ipſe
5 mandans feciſſe putandus eſt? Ex his ſequitur, *L. 12. C. de adquir. vel. amitt. poſſ.* aut non ſatis intellectam, aut ſi intellecta fuerit, inter abrogatas eſſe referendam; adeoque praeualere omnino *Legem 44. §. 2. ff. de adquir. vel. amitt. poſſ.* vbi Papinianus per conductores amitti vſucapiendi occaſionem, his verbis tradit: *Eius quidem, quod per colonos poſſidetur, non aliter amittitur poſſeſſio, quam ſi eam alius ingreſſus fuiſſet. Eaque poſſeſſio amittitur nobis quoque ignorantibus.* Quod ſi enim, vt ſupra dictum eſt, conductor noſtro nomine poſſideat, cur non eadem ratione noſtro nomine poſſeſſionem amittat? Recte igitur coloni factum locatori nocere F. I. L. menſe Septembri 1774 reſpondit, addita ratione: Dieweil Beklagter, da er ſeit rechtsverwährter Zeit auf Klosacker gefahren ſich nicht die Perſon des Beſitzers, ſondern das Grundſtük ſelbſt dienſtbar gemachet, alſo auf den Umſtand wer das Guth beſeſſen, gar nichts ankommt.

6 Dubitatum quondam: an ſi conductor contra ſubditos agat, debitas operas ei denegantes, mandato opus habeat? Erant qui exiſtimarent pronunciandum eſſe: Daß klagender Pachter durch eine richtige Vollmacht bey 5 Thaler Strafe ſich zu rechtfertigen ſchuldig. Metuebant nempe, ne alias ſententia ſubditos feriens diutius, quam locatio duratura, nec profutura eſſet domino, ſed ex his, quae ſupra diſputauimus facile apparet, colonum tanquam procuratorem in rem ſuam eſſe ad cauſam ſatis legitimatum, immo domino ex hac conductoris actione, ius firmum et ſtabile enaſci. MENKE *Pand. lib. 19. tit. 2. §. 25.*

OBSER-

OBSERVATIO CCLXXVI.

Epilepticus vix torqueri poteſt et rarius fuſtigatur. A capitali poena autem ille morbus vix liberat.

Morbo comitiali laborans vltra forcipes, in praeſentia medici applicandos, torqueri vix poteſt. Virgarum autem aut capitalem poenam ei dictari, inconſultum. BERGER *Elect. Crim. p. 215. et in Supplem. P. 2. Obſ. 173.* Attamen inuenio et fuſtigationem et capitalem poenam quondam epileptico dictatam fuiſſe, addita ſententiae clauſula: Es wolte denn, nach vorgegangenen unterthänigſten Berichte, die höchſte Landes Obrigkeit ihm Gnade erzeigen. Solebant maiores noſtri et hanc formulam adhibere: Es bleibet aber Inquiſiten wegen ſeiner böſen Krankheit, (zumal da er gute Zeugniſſe ſeines übrigen Lebens erhalten, auch in Anſehung der von ſeinem in äuſerſten Armuth ſtehenden ſchwangern Weibe eingelegten Vorbitte) bey der höchſten Landes Obrigkeit um Linderung der zuerkanten Strafe unterthänigſt anzuſuchen, unbenommen.

OBSERVATIO CCLXXVII.

Replica quando libello inſerenda. Exceptio praeſcriptionis non eſt ex officio attendenda.

Interdum opus eſt, vt exceptioni futurae ſtatim in libello reſpondeatur, adeoque replica v. c. interruptae praeſcriptionis, ſtatim actioni inſeratur. BERGER *Oec. Iur. lib. 4. tit. 15. §. 2. n. 3.* WERNHER *P. 6. Obſ. 326. et. P. 8. Obſ. 354.* HORN. *claſſ. 16. Reſp. 19.* Hoc intellige, potiſſimum de proceſſu executiuo, non ordinario. LEYSER *Spec. 512. Med. 8.* Etſi enim etiam in proceſſu ordinario dicant exceptionem praeſcriptionis ex officio attendendam eſſe, ego tamen pernego, quoniam actori replica, praeſcriptionem interruptam eſſe, ſemper patet. Neque tamen nego, commode vtiliterque contrahendae litis cauſa committi poſſe hanc irregularitatem, ita pronunciando: Daß Klägers Suchen nicht ſtat hat, er könte denn in Sächſiſcher Friſt, beyden Theilen die Gewiſ-

ſens-

ſensrührung vorbehaltlich, daß er Beklagtens Beſitz, alſo die vorgeſchützte Verjährung unterbrochen habe, erweiſen. Si autem reus non comparuerit, condemnandus erit, vtut ex libello ſtatim, triginta annos praeterlapſos eſſe, intelligas. Neque enim video, quare non oppoſita exceptio ex officio in fauorem rei contumacis ſuppleri debeat? Nam tempus triginta annorum praeterlapſum eſſe, ex libello quidem intelligo, ſed ſolus temporis lapſus non facit praeſcriptionem. Immo hic ipſe curſus temporis res facti eſt. Contumacia autem exceptiones facti perimit, ſecundum illud: contumax non excipit. Ita extra Saxoniam pronunciamus, in Saxonia autem electorali conſulenda. *Conſtit. Elect. 25. P. I.* Caeterum mihi valde diſplicere, quae de replica libello inſerenda doctores garriunt ex Obſeruatione DCXXVII. intelliges.

OBSERVATIO CCLXXVIII.

Vxor fundum dotalem alienatum eo viro fruſtra vindicat, quia dominium eius naturale dormit.

Mariti facta ſunt vxoris facta, nec retractare haec poteſt, ſi quid ille in adminiſtratione mobilium non ſatis circumſpecte geſſit.

Etiam immobilia bona conſentiente vxore valide alienat.

1 Saepius accidit, vt vxoris elocatas pecunias probioris monetae, maritus in viliori accipiat et debitorem ſine proteſtatione per apocham liberet. Illa vero damno cognito intereſſe qualitatis, quod *Agio* dicitur, a debitore petit, quod ſolutio non ſibi, ſed tertio nempe marito facta ſit, adeoque eius factum ſibi nocere non poſſit. Reſpondimus: maritum eſſe legitimum bonorum coniugalium adminiſtratorem, adeoque ſi quid commiſerit vxori parum profuturum, ipſum conueniendum eſſe, non debitorem eius remiſſione pleniſſime liberatum, *L. 46. §. 5.*
2 *ff. de adminiſtr. et peric.* MEVIVS *P. 4. Deciſ. 32. n. 8.* Nam quae,

mori-

moribus magis quam lege, pupillis libertas competit, vt beneficio reſtitutionis aut debitorem liberatum aut tutorem conuenire poſſint, ea in vxores maiorennes non cadit, cum alia ratio in aetatis curatore, quam in eo, cui per legem bonorum adminiſtratio mandata eſt, obtineat. Ipſa enim vxor contraxiſſe videtur, ſi adminiſtrator legitimus eius nomine quid egerit. *Vide ſupra Obſeruat. CXIII.* Neque contra haec allega verba in Ord. Proc. Rec. tit. 8. §. 1. obvenientia: Ein Eheman aber mag für ſein Weib weiter nicht als wenn actus welche keine ſpeciale Volmacht fodern, vorgehen, erſcheinen, cum vt ipſa huius legis rubrica demonſtrat, in ea tantum de actibus iudicialibus non extraiudicialibus agatur. Eſſe autem inter iudiciales et extraiudiciales differentiam vel virgines et viduae docent, quae in rebus mobilibus extraiudicaliter omnia ſine curatore in iudicio autem ſine eo nihil omnino poſſunt, vt mirum non ſit ſi marito extra iudicium plura liceant quam in iudicio. Licitum 3
ergo marito, ſuper bonis mobilibus vxoris transigere atque aliquid remittere, cum etiam alienare poſſit. *L. 42. ff. de iure dot. L. 3. C. eod.* Quid quod, curatori adeo aetatis transigere licet, vt alio tempore demonſtrabimus. Tametſi autem alias veriſſimum ſit, ex alterius contractu neminem obligari, tamen obligatur vxor, quoniam per procuratorem perpetuum, eumque legitimum, hoc quaſi ipſa fecit. Nonne
ſeruum dotalem maritus valide manumittit? Eſt enim dotis dominus, 4
niſi quod finito matrimonio eandem rem in quantitate et qualitate reſtituit. *L. 42. ff. de iure dot.* Ex hoc ſequitur, vxorem ſi per transactionem mariti aut remiſſionem laeſa ſit, ipſa non debitorem liberatum, ſed poſt mortem mariti, huius heredes conuenire poſſe. Vnde pronunciauimus, daß Mitklägerin Suchen, in Erwegung, daß ihr Eheman ſich mit Beklagten, wie er in rechtmäßiger Verwaltung ihres Vermögens und weil ihm an dem Fahrniſſe ſeines Weibes ein dominium ciuile zuſtehet, wohl thun mögen, verglichen, nicht ſtat hat.

Quod autem praedia et fundos dotales attinet, explorati iuris eſt, 5
mortuo marito, eos ab ipſo poſſeſſore vindicari, ſi ſcilicet maritus inconſulta muliere alienauerit. *L. 30. C. de iure dot. L. 14. C. de rei vind.* Ex quo colligimus vniuerſitatem bonorum vxori hereditate obuenientium a marito invita vxore dimitti non poſſe, quoniam talis vniuerſitas bonis immobilibus aequiparatur. Si tamen vidua portionem ſtatutariam

capiens mariti heres extiterit, ne ſic quidem vindicabit, vt infra *Obſ. CCCCX.* demonſtrabimus. De Gerada a marito alienata vide Pertinenz Reg. In hanc ſententiam ſaepius reſpondimus et nuperrime adhuc menſe Maio 1774. Dieweil Klein in der Klage ſelbſt geſtehet, daß ihr annoch lebender Eheman Beklagten quittiret, ſie ein ſolches, weil lezterer ein rechtmäſiger Verwalter ihres Vermögens iſt, ſich gefallen laſſen muß, indem Beklagter an denjenigen, welchem denen Rechten nach die Zahlung entrichtet werden muß, ſelbige geleiſtet, folglich durch deſſen Quittung von ſeiner Schuld befreyet worden, und bey fortdaurender Ehe, ſie wider den Eheman oder jemand anders wegen Verlezung ſo wenig klagen mag, als einen minderjährigen freyſtehet, bey annoch währender Vormundſchaft, des Vormundes Handlung anzufechten, ſondern allererſt nach des Ehemannes Tode von den Erben, wenn ſie durch ſeine Nachläßigkeit Schaden erlitten deſſen Erſaz zu erlangen, ſuchen muß, ehe und bevor actio hypothecaria ihr zugeſtanden werden kann. Auth. Hoc ſi debitor C. de pignor BERGER Dec. ſupr. Prouoc. Deuiſ. 134.

OBSERVATIO CCLXXIX.

Ad denunciandum nemo eſt obligatus, niſi Fiſcales aut quorum ad officium pertinet.

Dominus quantitatem rei furto ablatae vt iurato aſſerat, cogi non debet.

1 Licet publicae rei intersit delicta non eſſe impunita, adeoque iudex ſollicite agere debeat, vt malis hominibus purgetur prouincia, *L. 3. ff. de offic. praeſid.* tamen, cum nemo ad deferendum et accuſandum cogi poſſit, ſi furtum paſſus iurare nolit, hoc pro remiſſione tacita habetur, quae, cum ſic certitudo corporis delicti deficiat, furi etiam non tempeſtiue profeſſo contra poenam capitalem prodeſt. *Conſt. Crim. articulus 214.* qui inſcribitur: Daß niemand zu klagen ſol genöthiget werden. *Specul. Saxon. lib. 2. art. 60. ibi:* Es mag ein jeder ſeinen Schaden verſchweigen, wenn er will. Tot. tit. *C. vt nemo iuuitus agere vel accuſare teneatur. L. 48. §. 1. ff. de furt.* Nam reticere non eſt celare, nec ſcientia criminis commiſſi nulla ratione pro cauſa delicti haberi poteſt.

Durum

Durum omnino ciuem, vt ciuem perdat, cogere et immiti huiusmodi ſententia efficere, vt iurare iuſſi animus aliquando ob id tacitis morſibus excrucietur. *(Obſ. DCX.)* Neque etiam ſatis commode dominus 2
tanquam teſtis conſiderari poteſt, quoniam haec cauſa eius quodammodo propria, vbi quidem ob priuilegium furum odioſum, idque valde ſingulare, ei creditur, ſi iurare velit, ſed cogi non poteſt. Id doctrina de teſtibus probat, quorum aliqui volentes admittuntur, iidem vero nolentes cogi nequeunt. Etiamſi igitur conceſſerim, tanquam teſtes conſiderari laeſos poſſe, etiamſi porro priuatam remiſſionem coercitionem publicam minuere quidem, non autem penitus tollere, largiar, tamen quid iſtud ad rem? cum Conſtitutio Criminalis et Speculum Saxonicum item titulus Codicis ſupra laudatus hos teſtes cogi non poſſe, ſat clare loquantur. Ac cur tam multa, cum haec iamdudum 3
in Facultate Lipſienſi recepta opinio, quam omnes concedent amplectendam eſſe, quoniam in poenis, ſi quaeſtio, qualis haec ipſa eſt, in dubio pendet, ad mitiorem ſententiam nos non ratio tantum ſed humanitas quoque impellit. Si tamen in defenſionem rei iusiurandum vergat v. c. ſi ipſe reus per calumniam ſe accuſatum dicens, hoc poſtulet, cogi denuncians poteſt, vt accuſationem ſuam iureiurando firmet. In crimine tamen laeſae maieſtatis, et quibusdam aliis, quia leges ſanguinolentae hoc ita iubent, denunciatio neceſſaria. Iungenda cum hac noſtra Obſeruatione DLXX. DCLXXI. et DCX. Quam inſipide Iuſtitiarii pagani agant feruore pietatis, ſportularum foedam cupiditatem tegentes, poenas ſumunt ab iis, qui ſcelus tacuerunt, doceat meo nomine non iure conſultus ſed, quoniam iſti valde pii ſunt, dicat theologus, quo maiorem Germania non habet, MICHAELIS, qui ita *Moſaico Iure tom. 6. . 290.* haec perhibet: Da es auch immer Leute von alzuengen, aus Unkunden des bürgerlichen Rechts entſtehenden, Gewiſſen giebt, die meynen, man ſey ſchuldig, alles Böſe anzuzeigen, denn man mache ſich ſonſt fremder Sünden theilhaftig; ſo beantwortet Moſes auch dieſen Zweifel, und ſagt: das Angeben wird nicht von dir verlangt, willſt du aber etwas thun, das Böſe zu hindern, ſo erinnere den, der es gethan hat; und ermahne ihn, ſich zu beſſern.

Dieſe Nicht-Verpflichtung zum Angeben muß bey einem Strafgeſetze gegen falſche Ankläger zum Grunde liegen; denn wo jeder ſchuldig wäre, alle

ihm bekannte Verbrechen der Obrigkeit anzuzeigen, würde es in überaus vielen, ich möchte wohl ſagen, in den meiſten Fällen, ungerecht und wiederſprechend ſeyn, den falſchen Ankläger zu ſtrafen. Für falſch wird doch die Anklage im Gericht gehalten, wenn ſie nicht erwieſen werden kan, und deshalb der Angeklagte losgeſprochen wird. Mancher kan ein Verbrechen wiſſen, ohne den Beweiß, wenigſtens den völligen, in Händen zu haben, weil es nicht vor mehrern Zeugen begangen iſt; ſolte der nun verbunden ſeyn, anzugeben, was er wüſte, ſo müſte er nicht geſtraft werden, wenn er auch die Anklage nicht wahr machen könte, oder er würde dafür geſtraft, daß er that, was das Geſez befohl. Sol er aber ungeſtraft bleiben, ſo wird, weil man nicht in das Herz ſehen kan, jeder wiſſentlich falſche Ankläger auch ungeſtraft bleiben müſſen, ſo lange er nicht überführt werden kan, **boshaft und wiſſentlich** falſch angeklagt zu haben. Dis wäre ein ſehr unglüklicher Umſtand, bey dem der Unſchuldigſte nie ſeines Lebens, oder doch wenigſtens nie ſeines ehrlichen Nahmens und Ruhe ſicher ſeyn könte, indem doch auch von der falſchen Anklage immer etwas haftet, wenn der falſche Ankläger nicht exemplariſch geſtraft wird: (und der müſte erfolgen, ſo bald die Moral, die ſich einige einbilden, und wohl gar Moſi wider ſeinen Willen und Dank geſchenkt haben, vom bürgerlichen Geſez angenommen wäre, daß der, ſo etwas böſes ſehe, ſchuldig ſey, es anzugeben. — Und wo iſt, wird man ſagen, dieſe Moral Moſi aufgedrungen? — Wenn man 3 B. Moſ. V. 1. ſo erkläret hat, als ſolte der ein Schuldopfer bringen, der einen Fluch, ein **der Teufel hohl mich**! gehört und nicht angegeben hätte. Eine ſolche Erklärung könte vernünftige Leute, wenn ſie gewiſſenhaft wären, und Moſis vermeinte Moral befolgen wolten, zu Narren und in der Republik unerträglich machen, und deſto mehr iſt es nöthig, zu ſagen, wie wenig Moſes die Angeber begünſtige. Hat ſie nicht leicht die Folge, ſo kommt es daher, weil viele Gewiſſenhafte nicht ſo vernünftig ſind, die Folgen eines Satzes zu überſehen, viel vernünftige nicht gewiſſenhaft, und viele vernünftige Gewiſſenhafte von den Erklärungen nichts wiſſen, und die Stelle vielleicht blos in der Kindheit geleſen haben.

Zum andern zeiget ſich, daß Moſes ein unnöthiges Angeben fremder Verbrechen, die uns nichts angehen, mit einem Tadel belegt, ſonderlich zwar alsdenn, wenn es aus Feindſchaft geſchähe, aber doch nicht blos in dem Fall, ſondern auch, wenn man den angiebt, den man hätte erinnern und dadurch

beſſern

beſſern können, der alſo wohl unſer Freund ſeyn muß. Er ſezt zwar keine Strafe darauf, und die ſoll auch billig nicht ſeyn, wenn das Angeben kein falſche Anklage iſt; allein, ſo viel folget doch aus ſeinen Geſezen, daß eine vernünftige Obrigkeit das Recht hat, dem zugedrungenen Angeber einen Verweis zur Belohnung zu ertheilen, und auf ſein Angeben, wenn ſie nicht etwan aus andern Urſachen die Unterſuchung für nöthig hält, gar nicht zu achten.

Du ſolſt deinen Nebenmenſchen lieben als dich ſelbſt. Alſo die Regel, nach der ich, wo ich nicht beleidigter Theil bin, ein Verbrechen angeben, oder nicht angeben ſoll, iſt dieſe: Wo du es niemanden, auch nicht einem, der dich liebet, verargeſt, wenn er dich angiebt, da magſt du es auch andern thun, wo du aber es als raiſonnabel anſiehſt, daß einer, der dich liebet, dein Verbrechen nicht eher anzeiget, als bis er darüber vor Gerichte befraget wird, da ſchweige du auch ſtille.

OBSERVATIO CCLXXX.

Quaeſtio fere inextricabilis: de coherede factum defuncti contra heredem impugnante.

Pater duorum liberorum maiori natu, deinde et iuniori, vnum idemque praedium ſuum vendiderat, atque iuniori, cum alter militiae cauſa abeſſet, tradiderat. Poſt mortem patris aduerſus minorem a ſeniore actione venditi inſtituta, inter ſe litigant, cuiusnam praedium ſit futurum? Vterque dicit alterum heredem patris eſſe, adeoque eius factum fruſtra impugnare. Videri poterat in pari cauſa melior conditio poſſidentis. At nos menſe Ianuar. 1758. reſpondimus: Daß Beklagter die Helfte des verkauften Guthes Klägern in Lehn und Würden zu verſchaffen, ſowohl demſelben die Helfte des Schadens, der Klägern dadurch, daß der Handel nicht gleich Anfangs erfüllet worden, erwachſen, ihm zu erſtatten ſchuldig. Adiectae ſententiae hae decidendi rationes: Obwohl es das Anſehen gewinnen möchte, als wenn exceptio rei venditae et traditae von Beklagtem gar nicht entgegen geſtellet werden könne, weil er ſelbſt zur Helfte des Verkäufers Erbe iſt, wannenhero Kläger, daß jener ihm, als dem erſten Käufer, das ganze Guth abtreten müſſe, zu behaupten ſuchet.

 Den=

Dennoch aber und dieweil Kläger eine doppelte Perſon vorſtellet, immaſen er im gegenwärtigen Proceße theils als Erbe, theils als ein Gläubiger ſeines verſtorbenen Vaters, zugleich aber auch, weil er Erbe, als ſein eigner Schuldner zu betrachten, ſolchemnach in Anſehung ſeiner, die confuſio iurium et obligationum nur zu ſeinen halben Erb-Antheile entſtehet,

L. 14. C. de rei vind. L. vlt. C. de contrar. iudic. tutel.

und bekant, daß ein Erbe von ſeinen Miterben die Helfte desjenigen, ſo der Erblaſſer ihm ſchuldig war, zu fordern berechtiget, ſolchemnach Klägers Suchen nur zum Theil ſtat hat, woraus folget, daß Beklagter den Schaden, der aus nicht erfüllten Handel ihm erwachſen, nur zur Helfte bezahlen, auch nicht mehr, als das halbe Gut abtreten müſſe, So iſt ꝛc. Si latinis verbis clarius forte haec demonſtranda ſint, animo tecum praedio ſubſtitue quantitatem et finge, maiorem natu filium defuncto patri mille thaleros mutuo dediſſe, nonne minor quingentos debebit? Certe vltra eam portionem, qua cohaeres ſucceſſit, obligatio non confunditur. *L. 6. C. de heredit. act.*

OBSERVATIO CCLXXXI.

In criminibus ſpectamus leges loci vbi delictum commiſſum, ſi iſtae mitiores ſint; contra autem ſi ſint duriores, ſpectamus iura loci vbi accuſatur.

De Deditione delinquentium.

1 In delicto ſpectandas eſſe leges loci, vbi commiſſum, ſaepe et a multis dictum. CARPZOV *Prax. Crim. quaeſt. 54. num. 49. 50.* WABST Nachr. von Sachſ. *p. 47.* Exceptionem autem: niſi leges prouinciae, in qua crimen commiſſum, ſint duriores, vt multa alia, in reorum fauorem, qui haud exiguus, introducere audeo. Nempe cum hoc caſu dubium ſit, vtrum leges iudicii, vbi accuſatur, mitiores an vero leges delicti commiſſi duriores praeualere debeant? non erit difficilis ſolutio. Quis enim ignorat iudicem, quoties res in ambiguo pendet, proniorem ad abſoluendum, quam condemnandum, eſſe. *L. 5. ff. de poen. L. 9.*

ff. de reg. iur. L. 47. ff. de act. et oblig. cap. 49. de re. iur. in 6to. 2
Immo vix quiſquam adeo crudelis, vt poenam exſequi velit, quam ipſe abſurdam putat. Ita Facultas Lipſienſis Sereniſſimo Duci Mecklenburgico et Regimini, quod Suerini eſt, menſe Aprili 1767. reſpondit. Nempe cauſarum ciuilium et criminalium, vti in multis aliis, ita etiam in hoc exemplo quaedam diuerſitas. Finge Mahometanum Conſtantinopoli dixiſſe: Chriſtum maiorem prophetam Mahomete eſſe et ob id Viennam profugum in hac vrbe ob blaſphemiam Turcicam a Turcis accuſari. Itane Viennenſes hominem capite mulctabunt?

Similis quaeſtio de eo, qui ſtans in hoc territorio quendam in alio 3
territorio ſtantem ſagitta transfixerit. Licet enim illic, vbi necatus cecidit, delictum conſummatum cenſeatur, tamen ſi leges loci, vbi occiſus ſtetit, duriores ſint, mitiores iubet humanitas praeferre eius loci potius, vbi occiſor arcum tetendit. Nam, cum neutro iure ſatis com- 4
mode poſſit condemnari, melius eſt, vt ait HVBER *in Praelect. ad Pandect. lib. 1. tit. 3. pag. 538.* omnes has de diuerſo prouinciarum iure quaeſtiones non ex ſcriptis legibus definire, ſed in cauſis, vbi diuerſi legislatores diuerſa ſtatuerunt, rationes ex iure gentium aut, quod commune dicitur, Romano arceſſere, quae et GROTII ſententia *de I. B. et P. lib. 2. cap. 11. §. 5.* At ius gentium pariter atque Romanum minoribus poenis, barbarae gentes maioribus, gaudent.

Nam didiciſſe fideliter artes
Emollit mores nec ſinit eſſe feros.

Ex quo ſimul difficultas atque ſubtilitas tollitur eorum, qui Saxonem 5
itinerantem, ſi in loco, vbi mulcta pecuniaria coercetur adulterium, tale commiſerit, nihilominus capitaliter puniendum propterea ſtatuunt, quoniam iis videtur relicta in Saxonia coniux per factum illud domi potius, quam in extero illo loco laedi, adeoque delictum domi quaſi terminari, etiamſi maritus mille ab ea lapides femen exterae immiſerit. Nos vero contra. Nam, quae ſaepius quaeſtio obuenit, ſi Miſnenſis in Miſnia, quae gladio ferit adulteros, moechatus fuerit, deinde vero in Luſatia capiatur ibique condemnandus ſit, mortis poena non infligitur, quoniam in prouincia, vbi iudicium habetur, hoc delictum non putatur capitale. Quid autem ſi captiuus ad delicti forum remit- 6
tatur?

tatur? Tunc capite plectendus erit. Recte vero is remitti ſiue dedi poteſt, quod adeo verum, vt etiam ſupplex aduena ob factum, non niſi ſecundum patriae ſuae leges punibile, non quidem a principe, ad quem confugit, puniri, attamen populo amico dedi poſſit. Liberabit ſe tamen a deditione princeps, ſi profugum abire permittat eumque ſui regni finibus interdicat. GROTIVS *de I. B. et P. lib. 2. cap. 21. §. 5. 6.* Plura de aliis huiusmodi legum colliſionibus inferius Obſ. CCCCIX. proferam.

OBSERVATIO CCLXXXII.

Quot columbas ruſtici alere poſſint?

Quae in ſenſu iuris Huba ſit? quid Iugerum?

Pretium iuridicum eines Akers *eſt 50. Thalerorum, Hubae 1200. thalerorum.*

Poena columbas necantium aut capientium.

1 Si in ſtatutis villicis non aliud cautum ſit, qui manſum ſiue, quod idem eſt, *Hubam* poſſidet, i. e. tot agros ex quibus ſe et familiam ruſticus ſatis commode ſuſtentare poſſit, duodecim paria columbarum; et qui dimidiam hubam h. e. zwölf Acker poſſidet, non plura quam 6. paria columbarum, quae pro modo agri magna ſumma eſt, habeat. Qui vero ne dimidium quidem hubae in bonis habet, nullas omnino columbas alat. Nam in hoc plerarumque mores prouinciarum conueniunt.

2 Si quis accuſetur, plures apud eum columbas euolare, res ad certum deduci poteſt viſitatione columbarii iudiciali. *Menſe Septembr. 1769. ita reſpondimus:* Daß vermöge des in Teutſchland üblichen Herkommens und nach Verhältniß Beklagtens auf dem 27ſten Blatte angegebener Aker Anzahl, derſelbe mehr als 12. Paar Tauben zu halten nicht befugt, derowegen er bey 5. Thlr. Strafe den neu erbauten Tauben Schlag abzuändern,

dern, und auf hauswirthſchaftliches Ermeſſen dergeſtalt: daß nicht mehr als 12. Neſter darinnen hinlänglichen Platz finden, einzurichten ſchuldig.

Ludi magiſtris, ne columbarium in templi tectis inſtruant, inter- 3
dicendum. Nec molitoribus columbaria permiſſa, ni ſimul dimidium manſi habeant.

Si ergo ius ſit ruſticis columbas habendi, licebit quidem caſato, 4
qui germanice ein Häusler dicitur, eas in ſuo agro paſcentes abigere, neutiquam vero iaculando necare. Si fecerit, ſex dierum carcere aut mulcta huic pari, immo ſi ſaepius fecerit, duriori caſtigatur, licet furti poena nunquam obtinere poſſit, quoniam columbae ſic captae non ex aliena cuſtodia abductae ſunt.

HVBA autem ſiue manſus, cuius mentionem fecimus, ſi quae- 5
ratur, quotnam agellis ſiue iugeribus conſtet? vix aliquid certi conſtitui poteſt. Quo enim fertiliores agri ſunt, eo pauciora ſunt iugera, quae manſum, quam Hubam dicimus, compleant. Si tamen intermedium numerum ex pluribus eligere et, absque vllo ad ſingulas prouintias reſpectu, denominationem ab eo, quod vt plurimum fieri ſolet, deriuare velimus, Hubam dicamus 24. agellos, ſiue quod mihi idem eſt, iugera continere. IVGERVM autem (ein Morgen oder Acker) agri
modus eſt, quem duo boues vno die arare poſſunt. Pretium huius- 6
modi iugeris ſiue agelli (eines Akers) licet itidem pro ſterilitate fertilitateue variet, nec certum quid definiri poſſit, tamen, vt ſaltim aliquid de ea re ſtatuatur, dicamus: iugerum (einen Aker) ſiue vt ſupra definiuimus, eam terrae portionem, quam vno die duo boues aratro vertere poſſint, circiter 50 Thaleris emi ſolere; adeoque totam Hubam ſiue quod idem eſt manſum circiter 1200. Thaleris aeſtimari. Hoc tamen intellige de agris tributariis non de nobilibus ſeu liberis. Hi enim, quoniam a ſteuris immunes centum thaleris circiter aeſtimandi,

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

OBSERVATIO CCLXXXIII.

Non omni furioſo curator dandus.
Propter imbecillitatem intellectus nullum vnquam vidi teſtamentum infirmari.

1 Si omnes ſtultos ſub tutela contineri cupiamus, credo equidem, paucos fore, qui curatores eſſe poſſint, quamobrem plane MENOCHIO in *Conſil. 82. num. 221. Vol. 1.* adſentior exiſtimantis: hominem in vnica re delirantem, qualis fuit, quem HORATIVS *lib. 2. epiſt. 2.* deſcribit:

Fuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragoedos
In vacuo laetus ſeſſor plauſorque theatro;
Caetera qui vitae ſeruaret munia recto
More, bonus ſane vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Poſſet qui rupem et puteum vitare patentem.

furioſis quidem aliqua ratione annumerandum eſſe, nec tamen curatore indigere, niſi forte cum comoedis tragoedisue contrahere velit. Aiunt enim medici, non metuendum eſſe, vt corrupta in vnica parte phantaſia reliquam prudentiam perdat, quoniam nec reliqua prudentia illam ſubuertit inſaniam. Immo quotidie videmus, vtramque ſatis amice inter ſe conuenire et, quod magnum naturae miraculum, vna in ſede
2 morari. Auctorem grauiſſimum adduco ZACHIAM, qui in Quaeſtionibus Medico legalibus libro 2. tit. 1. quaeſt. 3. et 4. ita philoſophatur: *Aduertendum, non omnes dementes circa omnia errare. Quosdam enim circa omnia, quosdam circa plura, alios vero circa pauca quaedam ſolummodo errare conſtat imo ex illis nonnulli ſunt, qui in nulla re, ſi vnam tantum excipias — Ea omnium medicorum opinio, eſſe nonnullas dementiae ſpecies, in quibus ſola imaginatio deprauata ſit, ſaluis caeteris facultatibus, ratione nimirum, ac memoria. Sciant ergo tam iure conſulti quam medici, me eius opinionis eſſe, quod ex ſola imaginationis laeſione nulla omnino inſania oriatur. Vnde ſi quisquam ſit, in quo ſalua ratione et memoria, ſola imagi-*

natio

*natio laeſa appareat, hic non niſi maxima iniuria inter inſanos connumera-
bitur, neque absque ſumma iuſtitiae offenſa a ciuilibus actibus celebrandis ob
eam cauſam prohibebitur, vt ab adminiſtratione bonorum ſuorum, a teſti-
monio dicendo, a matrimonio contrahendo, imo et a tutelis adminiſtrandis.*
Haec omnia deinde experientiſſimus ſcriptor argumentis confirmat et
exemplis pluribus, quae facile vnumquemque in eius ſententiam fle-
ctant. Nec in contrarium me mouet, quod alio tempore demonſtra- 3
bimus, ſemel delirantem ſemper delirare praeſumi. Haec regula enim
capienda ſolum de iis, qui in omnibus aut certe pluribus ſemel a ra-
tione aberrarunt, h. e. de vniuerſaliter furioſis, non de iis, quibus
vnica imaginatio falſa nimiumque tenaciter fixa paruam ſolum cerebelli
partem perturbauit. Vnde nec dubitauerim, ſi, qui Argis fuit tragoe- 4
diarum in theatro vacuo ſpectator, hereditatem expilauerit, ſi falſum
teſtimonium dixerit, ſi furtum aut delictum aliud, vt ita dicam, non
theatrale commiſerit, dummodo a poena capitali abſtineatur, virgis
caedi aut alia arbitraria poena plecti potuiſſe, vt formula habet in no-
ſtro FLAVIO GERMANICO *ſ. v. Raſende Num. I.* Per delictum non
theatrale autem, vt iocoſe dixi, tale innuo, quod nullam plane cum
idea fixa coniunctionem habeat.

Caeterum non video, cur tantopere Horatiani illius, qui in va- 5
cuo theatro ſedit, ſtultitiam miremur, cum plures ipſe ego nouerim
illo Horatiano non multum inferiores, quibus, mentis ſumma intacta,
partem tantummodo aliquam compleuit delirium. Omnes enim ſe
ſuaque nimium mirantes, quos graeci philautos vocant, etſi ſint de
caetero ſatis ſapidi, vbi tamen ſecum ſuam ſiue pulchritudinem, ſiue
eruditionem, ſiue prudentiam contemplantur, contemplantur autem
illam quotidie, videre ſibi putant aliquid, vbi nemo quicquam videt.
Ergo ſibi inania in vacuo theatro ſpectacula fingunt, nec Horatianum
illum alia in re ſuperant, niſi quod tectius et ad vulgi captum accom-
modatius furunt. Anne his omnibus curatores dabimus? Habent ta-
men illi, quod nemo negauerit, animum vere perturbatum. Quid
enim philautia quaeſo aliud, niſi quaedam animi informatio falſa, quae
cerebro adeo tenaciter fixa haeret, vt nec morali remedio nec vllo pelli
elleboro poſſit. Haec de furioſis.

6 De obtuſis vero eadem doctrina, nempe qui hebetioris ſunt ingenii et ſtupidi non illico mente capti. Vnde menſe Ianuario 1767. Praefecturae Dresdenſi ita reſpondimus: Dieweil die Schwachheit menſchlichen Verſtandes ihre verſchiedenen Stufen hat, ehe ſie zu einer ſolchen Blödigkeit, welche die Verwaltung eigenthümlichen Vermögens hinderlich, anſteiget, und was die Zeugen von G. v. M. Gemüths-Umſtänden ausſagen, mehr eine außerordentliche Nachläßigkeit und Unbeſorgnis in ſeinem Hausweſen, (welche jedoch zuweilen auch Perſonen, ſo mit ziemlichem Verſtande begabet, eigen iſt,) als einige Unvernunft zu erkennen geben, mithin, daß er ſeiner Sinnen zur Zeit des geſchloſſenen Kaufes gar nicht mächtig geweſen, um ſo weniger zu behaupten, da am 18ten Febr. des 1764ſten Jahres die Abgeordneten des Raths zu Dresden ſolchen Kauf von ihm anzunehmen und gerichtlich zu beſtätigen kein Bedenken getragen, übrigens bewährte Rechtslehrer, daß, wenn der Blödſin nicht einen alzu hohen Grad erlanget, ein damit behafteter nicht allein keines Vormundes bedürfe, ſondern nach Gelegenheit wohl ſelbſt Vormund werden könne, ausgeführet, allermaſen zwiſchen ziemlicher Einfalt und völliger Tumheit noch allemal ein Unterſchied obwaltet, So iſt ꝛc. Et iterum menſe Septembr. 1768. Dieweil die bey hohen Alter von 82. Jahren an dem Teſtirer verſpührte Abnahme ſeiner Gemüthskräfte ſich ſchwerlich bis dahin erſtreket haben dürfte, daß er nicht, was er für Grundſtüke dem Sohne, und welche er denen von der verſtorbenen Tochter hinterbliebenen Enkeln habe gönnen wollen, (als wozu ſonderliches Nachdenken und eine ſcharfſinnige Zuſammenhaltung vieler Schlüſſe eben nicht erforderlich) hätte begreifen ſollen, und er ſein Teſtament perſönlich, ohne einigen Beyſtand, der Obrigkeit in der Rathsſtube übergeben, und aber in der dießfals gefertigten Regiſtratur, daß er ſich bey ſchwachen Verſtand befunden, nicht bemerket, alſo die Rechtmäßigkeit der Handlung und daß alles geſezlich vorgegangen, zu vermuthen, und die Stärke des öffentlichen Glaubens, daß man diesfals ein Mißtrauen hege, keinesweges zuläſſet, vielmehr dafür zu halten, daß wenn die Obrigkeit eine Blödigkeit des Verſtandes an ihm verſpüret hätte, ſie ſein Teſtament nicht angenommen, oder doch wenigſtens eine ſo wichtige Bedenklichkeit angemerket haben würde, und der Verſtand äuſerſt zerrüttet ſeyn muß, wenn man von einer ſolchen Perſon, daß ihr kein Wille beygemeſſen werden könne, mit Recht behaupten mag ꝛc. Et iterum ad Francofurtenſes ad Moenum: Daß die beſchehene Ceßion für gültig zu achten, es könnten und wolten denn Beklagte nunmehrige Vormünder

daß

daß ihre Pflegbefohlne zur Zeit der vor zwey Jahren unternommenen Ceßion dergeſtalt blödſinnig geweſen, daß ſie nicht gewuſt was ſie vorgenommen, und davon die gehörigen Begriffe nicht gehabt, erweiſen ꝛc. Additis rationibus: Dieweil ſeltene Fälle niemals vermuthet werden, die Präſumtion daß jemand ſo viel Verſtand habe, daß er wiſſe was er unternehme, ſo lange vorwaltet, bis nicht durch öffentliche Beſtellung eines Vormundes jederman mit ihm zu contrahiren verwarnet wird, wannenhero Handlungen mit einfältigen und ſchwächlichen Perſonen, obſchon ihr geringer Verſtand allermänniglich bekannt geweſen, nichts deſtoweniger für gültig zu achten, jedoch Beklagten der Beweiß des völligen Blödſinnes nicht abgeſchnitten werden mögen, weil die Einwilligung das Weſen der Geſchäfte ausmachet, ohne Einſicht aber ſich keine Einwilligung denken läßt, wie denn wenn einer der Contrahenten auszuführen vermag, daß er zur Zeit des geſchloſſenen Handels dergeſtalt, daß er ſeiner Sinnen nicht mächtig, betrunken geweſen, an den Handel nicht gebunden iſt, alſo auch bey Blödſinnigen, nicht alles auf die Zeit, da ſie Vormündere bekommen, zu ſetzen, ſondern auch die vor deren Beſtätigung in wahren Blödſinne geſchloſſenen Handlungen, nicht beſtehen mögen. Inprimis ſuſceptum ab eiusmodi mente ſemi capto ſiue ſemi furioſo nego- 7
tium valere putauerim, ſi non ridiculum ſit aut inſolitum, ſed tale, quod etiam ſapiens forte peracturus fuiſſet. Si autem dubiae ſanitatis actus ſit, valebit regula, quam infra Obſ. CCCCLIX. proponemus.

OBSERVATIO CCLXXXIV.

Iniuria non eſt, ſi honoratiori obuius, contemtus cauſa, caput non aperias.

Iniuria et omittendo fit, vt ſi quis in alterius contumeliam doctoris 1
titulum aut aliam, quo alter ab imperatore aut principe ornatus eſt, ſtudioſe omittat. Nam iniuriandi animus attenditur, qui non ſolum facto, ſed etiam omiſſione facti, ad quod quis obligatus eſt, elucefcit. Quid autem, ſi in conuiuio aliquem poculo non ſalutes ſiue, 2
vt dicere ſolemus, in eius honorem et ſanitatem non bibas, ſi honoratiori tibi noto obuius pileum non detrahas, nec ſtanti adſurgas? Re-

ſpondeo, quia talem reuerentiam honoratiores ſolum iure imperfecto exigere poſſunt, nec plena quemquam ad id obſtringit obligatio, vix poene locum fore, adeoque nec iusiurandum purgatorium hoc modo: Daß er dieſes nicht in der Meynung jenem dadurch ſeine Verachtung an den Tag zu legen, unterlaſſen habe, vllo modo imponi poſſe, quoniam non omnis contemtus poenam habet, ſed iniuſtus tantum, *L. 13. §. 4. ff. de iniur.* vbi Labeo eum, qui conſultus de honoribus alicuius decernendis paſſus non ſit decerni, licet contumeliae cauſa fecerit, iniuriarum teneri, negat. Aliud enim eſt, alicui honores decretos detrahere, aliud non decernere. Putasne philoſophos mulctandos eſſe, qui homines ſtultos, licet potentes, minoris aeſtimant: contra vero in humili caſa pannum agreſtem, ſi meritis ſplendeat, magnifaciunt.

In ſubditis tamen et vaſallis haec omiſſio curialitatis iniurioſa, quoniam in iure Feodali Allemannico *cap. 6. §. 3.* ita ſcriptum eſt: Es ſol ouch ein Man ſeinen Herren eren mit Worten und mit Werken. Er ſol ouch gegen ihn ufſton, er rite oder gange. Er ſol ime ouch den Stegereyf halten, ſo er uf wil ſizen, und das thun eineſt in dem Tag, damit iſt ſin genug; ad quem locum SCHILTER annotat, in ſuo manuſcripto adiecta eſſe verba: er ſol ouch die Kappen gegen ihn abziehen, er ſol ime ouch vor laſſen gan. Idem dicendum d magiſtratibus aut aliis in officio nobis praepoſitis. Certe apud Rom. os lictor turbam magiſtratui occurrentem ſubmouebat atque, vt via decederent, improuidos monebat. Hunc ſalutationis honorem etiam ſculteto pagano a conuicanis deberi, exiſtimo et inter cognatos patri, matri, ſocero, ſocrui, vitrico, nouercae, patruo et auunculo, non autem ſeniori fratri nec caeteris cognatis.

OBSER-

OBSERVATIO CCLXXXV.

De vno homine plures ſuſtinente perſonas.
Aſſeſſor duorum collegiorum quomodo ſe gerere debeat, ſi inter ſe haec collegia diſſideant.
Principis regiminis collegium non poteſt praeiudicare eius camerae.
Vaſalli duorum principum bello inter hos coorto, adhaereant ei qui iuſtus.

Scripſit de hac materia diſſertationem ſingularem HERTIVS. Nos, 1
quae nobis ſuccurrunt exemplis, quoniam huius diſcriminis rationem probe peruidiſſe, in controuerſiis decidendis egregiam vtilitatem praebet, rem illuſtrabimus, nec non Hertiana quaedam noſtra faciemus.

Ipſe rex, quando contractus celebrat ſuam perſonam aut pro- 2
prium patrimonium attinentes v. c. ſi matrimonium celebrat, priuatus eſt. Alia enim regis alia regni bona. Vnde diſtinguendi ſunt contractus quos princeps vt caput reipublicae pangit, a contractibus quos celebrat, vt membrum ſocietatis ciuilis eſt. Nonne ſi ludum talarium cum ſubdito aut in alea ludit, ſe huius ludi legibus ſubmittet? Improbus fuerit, qui in tali certamine auctoritate ſua et imperio vtatur ad circumueniendum aut defraudandum colluſorem ſuum. Vt autem in ludo, 3
ita in omni reliquo contractu ſe res habet. Nonne enim ad laudemium princeps et canonem ſubdito ſuo tenetur, ſi praedium comparauit, in quo ſubdito ius emphyteuticarium competat? Tanquam priuatus vtitur SCto Macedoniano et gaudet reſtitutione in integrum, plane vt alii in ciuitatibus magiſtratus, qui multa priuatim, alia publice gerunt. WERNHER *P. 10. Obſ. 469.* Quod ſi enim princeps legibus a ſe latis ipſe parere debet, vt infra Obſ CCCCLXXX. demonſtrabimus, nihil eſt aequius, quam vt etiam beneficiis iuris priuati fruatur. Eo- 4
dem modo conſul et praeſes prouinciae apud ſemet ipſum emancipat filium, adoptat et contractus a ſe celebratos ipſe iudicialiter firmat.

L. 2. ff. de off. praetor. L. 2. ff. de off. praeſid. L. 5. ff. de manum. vind. et vaſallus domino directo coram ipſo valide oppignorat CARPZ. *P. 2. C. 23. Defin. 6. et lib. 4. Reſp. 31.* et vice verſa dominus vaſallo *Suppl. Cod. Auguſt tom. I. p. 20. 32.* Plane vt in naui gubernator vnam ſuſtinet perſonam communem cum omnibus, qui eandem conſcenderunt nauem, qua ipſe vehitur, alteram propriam, qua gubernator eſt: ita in omni populi moderatore. Ecce Imperator Germanicus, quatenus ducatus aut comitatus poſſidet, princeps eſt imperii, non imperator.

Mittebatur nuper ad nos quaeſtio, cum Regimen principis in lit-
5 teris inueſtiturae homini cuidam in feodum dediſſet inter caetera mon-
tem, in quo ſilua, camera autem eiusdem principis hunc montem ſibi vindicaret, an pro camera pronunciari poſſit, quae docebat longiſſimo tempore ligna in hoc monte caeſa ad ſe perueniſſe. Vaſallus autem litteris inueſtiturae nouiſſimis innixus, principem ſuo facto proprio, quo montem in feudum ſibi dediſſet, contrauenire non poſſe, aſſerebat. Nos camerae ligna adiudicauimus. *arg. L. 1. C. de compenſ.* Sunt enim Camera et Regimen diuerſae ſtationes. In actibus a camera ſuſceptis princeps perſonam magis priuatam induiſſe videtur; in Regimine autem quod actum eſt, a principe, tanquam publica perſona, ſuſceptum. In actibus a regimine ſuſceptis princeps nullam habet reſtitutionem in integrum, ſi quid autem per cameram facit actibus regiminis contrarium, habet fiſci ſub velamine in integrum reſtitutionem.

Addo aliud: iudicis regiſtraturae non faciunt publicam fidem, in rebus vbi ipſe iudex cum aliquo litigat *(Obſ. DLV.)* vnde ampliſſimo Senatui liberae ciuitatis Muhlhuſanae menſe Iulio 1771. reſpondimus: Dieweil das Zeugniß in ſeiner eigenen Sache auf alle Art und Weiſe ſchlechterdings ungültig mithin fides publica dergleichen zu ſeyn aufhört wenn öffentliche Perſonen oder das gemeine Weſen ſelbſt entweder Klägers oder Beklagtens Stelle vertrit, ſolchemnach der Auszug aus der Cämmerey Rechnung wieder einen Schuldner der Cämmerey nicht ſo fort für einen Beweiß anzunehmen.

A iure publico ad priuatum tranſeamus. Tutor ſibi relictum le-
6 gatum petens, tamen nomine pupilli poteſt inofficioſi querelam moue-
re §. 4. *Inſt. de inoff.* Contra autem, ſi res pupillares vili pretio vendiderit,

diderit, atque reſtitutionem in integrum petat, cum hoc non ſuo nomine, ſed quoniam tutor eſt, inſtituat, repellitur. Nemo enim ſuo proprio facto contrauenire poteſt. Sic pater et filius inter ſe vna, in 7
tuitu extranei autem, duae perſonae putantur. Item heres et defunctus, ſi hereditatem ſpectes, pro vno eodemque homine habentur, caeteroquin autem quod heres debet, defunctus non debuit, hinc ius ſeparationis in concurſu. Membrum vniuerſitatis quod cum vniuer- 8
ſitate litigat, teneri ſumtus litis contra ſemet ipſum miniſtrare, in Obſeruatione ſequenti dicemus. Item aſſeſſorem iudicii poſſe actus impugnare ipſo praeſente ſuſceptos, inferior Obſeruatio CCCCXI. monſtrabit, quemadmodum et mandantis et mandatarii perſonas mox vnas mox diuerſas eſſe, iam Obſeruatio ſuperior CXIII. docuit.

Germaniae epiſcopi et principis faciem habent et clerici, vnde ab 9
iis in rebus eccleſiaſticis ad pontificem, in ſecularibus ad imperii tribunalia appellatur. Qui autem duas perſonas ſuſtinet, is in rebus, quae 10
ab alterutra plane ſuſcipi nequeunt, eligit, quam perſonam velit reſpici, vt in hermaphrodito videmus. Mittere ergo debet, quae alterutri perſonae plane ſunt contraria. *Tot. tit. ff. de except. rei vend. et trad.* Narrant ruſticum epiſcopo cuidam venanti obuium, riſiſſe et quaerente eo, quare rideret? reſpondiſſe: ſibi mirum videri clericum venari, cum ſancti canones id prohibeant. Illum vero antiſtitem iterum quaeſiſſe: anne ignoraret Germaniae principes duplicem perſonam ſuſtinere? Se in hac ſilua venari non qua epiſcopum, ſed quatenus ſit imperii princeps. Tunc vero comploſis manibus ruſticum in immoderatos cachinnos effuſum contra interrogaſſe: ſi diabolus principem abripiat, vbi epiſcopus ſit futurus?

Quod proteſtantium principes attinet, noua iterum diſtinctio, cum 11
in ſuis territoriis et principes et ſupremi in rebus ſacris ſint epiſcopi. 12
Sed in naturali quoque et gentium iure haec perſonarum duplicitas obſeruanda. Si quidem in noſtro *Iure Mundi Vniuerſali* copioſe demonſtrauimus, omnes in iure naturali diſſenſiones et controuerſias ex eo promanaſſe, quod nonnulli philoſophorum hominem vt merum animal, caeteri autem eundem hominem, neglecta eius animali parte, tantum vt rationalem contemplarentur, cum tamen duabus quaſi perſo-

nis induti, neque ſola mente et ratione, neque tamen etiam corpore ſolo conſtemus et mera animalia ſimus.

13 Mirifice illuſtrat hanc moralem duplicitatem, quae interdum phyſica contingit. BVCHANANVS libro XIII. Rerum Scoticarum tale exemplum refert: *Natum eſt*, inquit, *in Scotia mirabile monſtrum, inferiore quidem corpore ſpecie maris nec quicquam a communi hominum forma diſcrepans: vmbilicum ſupra, trunco corporis ac omnibus reliquis membris geminis. Id rex diligenter et educandum et erudiendum curauit ac maxime in muſicis, qua in re mirabiliter profecit: quin et varias linguas edidicit. Et variis voluntatibus duo corpora ſecum diſcordia diſcutiebant, ac interim litigabant, cum alii aliud placeret, interim velut in commune conſultabant. Illud etiam memorabile in eo fuit, quod cum inferne crura lumbiue offenderentur, vtrumque corpus communiter dolorem ſentiret: cum vero ſuperne pungeretur aut alioquin laederetur, ad alterum corpus tantum doloris ſenſus perueniret. Quod diſcrimen etiam in morte fuit magis perſpicuum; nam cum alterum corpus complures ante alterum dies extinctum fuiſſet; quod ſuperſtes fuit, dimidio ſui computreſcente paululum contabuit. Vixit id monſtrum annos viginti octo, adminiſtrante rem Scoticam Ioanne Prorege.*

14 Mihi qui pluribus collegiis interſum ſaepe obuenit, vt contentionibus coortis neſcirem, cuius in me defenſionem ſuſciperem. Sunt qui regulam tradant: vnum hominem in duobus collegiis aſſeſſorem, ſi haec inter ſe contendant, ſemper ſuſcipere debere in ſe partes collegii, in quo nunc votum dicendum ſit, vt ſi in Capitulo Martisburgenſi ſedeam, debeam contra curiam ſupremam Lipſienſem pronunciare, et ſi ſententiam interroger in curia ſuprema, contra Capitulum dicam. Qui autem hoc fecerit, quomodo praeuaricationis a ſe ſuſpicionem remouebit? Vnde tutiſſimus ibit, qui plane taceat et in conflictu duorum collegiorum neque huius neque illius defenſionem in ſe ſuſcipiat, ſiue alterutrius iuſtam ſiue iniquam cauſam putet. Idem faciendum ſuaſerim in vaſallo duorum Dominorum ſi inter hos bellum oriatur. Hoſtenditias mittat vtrique aut ſi velit utrique ſubſtitutum, ipſe autem interea quieſcat. Vide infra Obſ. DCXCVII. vbi de iudicibus duobus de iuriſdictione ciuis altercantibus. Adde etiam Obſeruationem CCCCIX.

OBSER-

OBSERVATIO CCLXXXVI.

An membrum vniuerſitatis cum vniuerſitate litigans ad ſumtus litis contribuendos cogatur?

Negat hoc LEYSER *Spec. 84. Med. 12.* quoniam recta ratio permittere non videatur, vnam perſonam et petitoris et rei partes ſuſtinere. Haec ſenſum non habent. Neque enim ſi ciuitas litigat, ſinguli litigant. *L. 7. §. 1. ff. quod cuiusque vniuerſ. nom.* quemadmodum quod vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur. *(DCI.)* Centeſima vniuerſitatis pars non eſt ipſa vniuerſitas, adeoque ille ſecum non litigat, nec vlla vnquam in corpore collectiuo habetur ſingulorum ratio. Finge ſumtus litis ex arca communi depromi, quod permiſſum eſt vniuerſitati ſeu collegio, nonne vel hac ratione eueniet, vt ipſius pecunia contra ipſum vertatur? Si pendente lite ruſticus noſter communia paſcua et caetera conuicinorum commoda non deprecatur, cur non et oneri ſubiaceat? In regno Germaniae ſi contra principem 2 bellum imperii decretum atque ille armis victus fuerit, non dubito, quin ſuam quoque ratam impenſarum et reſiduas belli collectas refundere teneatur.

Interea tamen, cum hodie vniuerſitate litigante ſingulis declarare 3 liceat: ſe non adhaerere caeteris, ſed cedere potius quam contendere velle et tunc a ſumtibus immunes ſint, id eodem modo ſi fecerit conuicanus, qui cum vniuerſitate litigat, ſe per indirectum liberabit. At ſi ex arca communi ſumtus depromantur, tanquam in re indiuidua, haec proteſtatio ei parum proderit. Capit haec obſeruatio maiorem ex antecedenti lucem, quam conſulas.

OBSERVATIO CCLXXXVII.

Nunquam tortura, ne minima quidem decernenda, niſi ſententionantes ſine vlla haeſitatione iurare poſſint, ſe delictum vere commiſſum credere. Tortura beneficium eſt.

1 Nunquam torturam decernendam eſſe, niſi iudex de credulitate iurare poſſit, crimen vere commiſſum eſſe, ante me plures ſed aliis verbis et paulo forte obſcurius dixerunt, inter quos LEYSER, ex cuius *Specimine 641. Meditatione 6 et 7.* hanc regulam elicio: Debet iudex torturam decernens plene conuictus eſſe naturaliter, nec aliud quicquam deficere, niſi ciuilis ſiue iuridica certitudo. Rationes huius rei ex noſtra ſuperiori *Obſeruatione CCLIX. DCXXXII.* et *Conſtitutione Criminali art. 20. et 23.* repetendae.

2 Ita vero, dixeris, ſummus torturae gradus ſine diſcrimine omnibus ita grauatis dictandus erit. Hoc non ſequitur. Nam ipſa animi conuictio ſuos gradus numerat, cum nullum in Grammatica Adiectiuum ſit, quod Comparatiuum non habeat et Superlatiuum. Sic vixiſſe aliquando CICERONEM et contra Catilinam declamaſſe, item fuiſſe quendam Syracuſae ARCHIMEDEM, qui proportionem cylindri ad ſphaeram ipſi inſcriptam inuenerit, mihi tam firmiter perſuaſi, vt quotieſcunque a me exigatur, de credulitate iurare velim, ſed multo tamen certius hominem biloſum vultu truci et furibundo a laeſo inimico ſe fuga proripientem, qui madentem cruore gladium in manu teneat, hunc vulneraſſe crediderim, inprimis ſi laeſus ipſe hoc ante mortem dixerit. Nec tamen haec ſumma certitudo, cum multo confidentius me manum habere iurauerim aut pedem. Itaque vt quaeque res iudici probabilior, ita torturae gradus variabit.

3 Ex his facile apparet torturam ſi ita, vt debet, infligatur, in reorum fauorem introductam eſſe. Nam in iis regnis, quae a quaeſtionibus et equuleo ſe abſtinent, ſi iudices iurauerint, ſe credere reum delictum commiſiſſe, illico morte mulctatur. Nos vero hoc caſu de-

mum

mum torturam decernimus, quam eodem iure, quo ceſſio bonorum ita dicitur, flebile beneficium appellare non dubito. Nempe quo tortura grauior, tanto maius beneficium. Venit mihi, dum haec ſcribo, in mentem, anne ſimiliter liceat hanc quoque regulam formare: *Quotiescunque excuſationes pro depellenda ſuſpicione reus adeo probabiles attulit, vt iudex de credulitate iurare poſſit, eum vera dixiſſe nec crimen commiſiſſe, plane abſoluendus nec purgatorio grauandus eſt.* Nihil mihi magis videtur rationi conſentaneum, quam haec regula, licet a quibusdam nihilo minus purgatorium in honorem, vt loqui amant, dictatae inquiſitionis decerni videamus, etiamſi reum innocentem credant, vt is ſaepe non probabilitatis ſed merae poſſibilitatis indicia iurato declinare cogatur, quod fieri non debebat, quia quoties in cauſis criminalibus iudici: ſibi non liquere, fatendum eſt, ipſa, quae ab homine nomen habet, humanitas reum abſoluit. Neque video, quomodo atrocitas criminis nos ad torturam ſiue ſpiritualem ſiue corporalem facilius mouere poſſit, ſi quidem probabilitas, plane vt veritas, ſemper eadem, ſiue circa paruam ſiue magnam rem verſetur. Errant igitur, qui in atrociſſimis delictis leuiora indicia ad torturam ſufficere putant, quia magnis criminibus acrius ſuccenſemus. Nec probo hoc tamen, quia iudex, ſi ſapiens eſt, nunquam iraſcitur. Quid quaeſo criminum differentia ad facti quaeſtionem et probabilitatis gradum?

4

5

OBSERVATIO CCLXXXVIII.

Etiam qui ſe in ſolidum obligarunt, gaudent beneficio diuiſionis.

Obligatio als Selbſtſchuldner *non inuoluit renunciationem beneficii excuſſionis.*

In vniuerſis nunc iudiciis recepta ſententia, correos debendi, ſi ſe obligauerint einer für alle und alle für einem, und zwar in ſolidum, niſi inſuper diuiſionis beneficio renunciauerint, non vltra ratam teneri, etiamſi adiecta fuerint verba: in ſolidum. *Nouell. 99. L. 3. C. de fideiuſſ.*

BERGER *P. 1. Reſp. 277. n. 5.* Nihil enim talis obligatio amplius niſi tacitam clauſulam continet: ſi reliqui ſoluendo non ſint. CARPZ. *P. 2. Conſt. 17. defin. 9.* Vide infra Obſeruationem DCXXVI. et DCX. Vix aliquid plus ineſt verbo Selbſtſchuldner, vt pote non inuoluens renunciationem beneficii excuſſionis, PÜTTER auſerleſene Rechtshändel *Part. 2. Obſ. 80.* Vide infra Obſ. DCXXVI. Vide tamen Conſtit. 17. P. 2. quam in Obſ. DCXC. allegauimus.

OBSERVATIO CCLXXXIX.

Qui incertum confitetur, cogi poteſt, vt certum fateatur.

Probat hanc rubricam noſtram *L. 6. §. 1. ff. de confeſſ. Cap. 32. X. de iureiur.* LEYSER *Spec. 141. Corol. 4.* Item ſi probatum fuerit, aliquid deberi, etiamſi quantum debeatur? non conſtet, cogitur iureiurando manifeſtare reus, quantum debeatur. *(Obſ. DCCLXXVI.)*

OBSERVATIO CCXC.

Dos a patre obaerato filiae promiſſa quando ex concurſu peti poſſit?

Dotem promiſſam ex concurſu ſemper peti poſſe, exiſtimat PVFENDORFIVS *Tom. 1. Obſ. 66. §. 4. et. 5.* nec enim dos donatio mere lucratiua *L. 56. §. 1. ff. de iur. dot.* Nos, ſi haec ſpecies obuenerit, ita pronunciare ſolemus: Daß der verheyratheten Tochter Suchen nicht ſtat hat, ſie könte denn in Sächſiſcher Friſt, dem Curatori Litis den Gegenbeweis, Gewiſſensrührung und andere rechtliche Nothdurft behältlich, daß zur Zeit, als der Vater ihr ſolche Mitgift zugeſaget, von ſeinem Vermögen, nach Abzug ſeiner damaligen Schulden noch ſo viel, als die ihr verſprochene Summe betragen, übrig geweſen, und ſie alſo ohne derer Gläubiger Schaden damals wohl hätte befriediget werden können, wie Recht erweiſen, ſo ergehet ihrer Location halber ferner was Recht iſt. Hoc ſi probauerit inter

Hypo-

Hypothecarios collocatur. De dote non promiſſa ſed iam ſoluta extat L. fin. §. 1. ff. quae in fraud. cred. huius ſententiae: *Si a ſocero fraudatore* ſciens *gener acceperit dotem*, *tenebitur actione Pauliana*, *et ſi reſtituerit eam*, *deſinit dotem habere*, *nec quicquam reſtituit*. *Quodſi is* ignorauerit, *filia autem ſciuerit*, *tenebitur filia*. *At ſi neuter ſcierit*, *quidam exiſtimant*, *nihilominus in filiam* (reſtituta nempe dote) *dandam actionem eſſe*, *quia intelligitur quaſi ex donatione aliquid ad eam perueniſſe*, *aut certe cauere eam debere*, *quod conſecuta fuerit*, *ſe reſtituturam*. *In maritum autem qui ignorauerit non dandam actionem*, *non magis quam in creditorem*, *qui a fraudatore*, *quod ei deberetur acceperit*: *cum is indotatam uxorem ducturus non fuerit*. Secundum hanc legem menſe Ianuario 1774. ita reſpondimus: Dieweil das angezogene Geſez, nur von einer Tochter, welcher nach dem Tode ihres Mannes oder nach erfolgter Eheſcheidung ihre Mitgift wieder erſtattet worden, anzunehmen folglich da Beklagte die von gemeinen Schuldner vormahls ihr geſchenketen tauſend Thaler ihrem noch lebenden Ehemanne albereits zugebracht, auf alle Fälle weiter nichts, als die in ſolchem Geſeze erwehnte Sicherheit von Beklagter zu verlangen ſtünde, davon aber in der Klage nirgend gedacht worden; Uebrigens auch dieſes Geſez von dem Falle, wenn der Schwiegervater ein Betrüger geweſen und ſeines ſchlechten Zuſtandes ungeachtet etwas geſchenket oder zu ſchenken verſprochen.

OBSERVATIO CCXCI.

Antiqua ſcriptura quodammodo vitioſa fidem meretur, niſi falſi probabiles notae adſint.

In antiquis etiam copiae vidimatae recognoſcendae.

Documenta antiqua, inprimis ex tabulario publico depromta, nimis rigide non examinanda, ſed interdum etiam ſine ſubſcriptione probant, nec ſuperlinearia emblemata fidem prorſus infirmant. *Vid. infra Obſ. CCCIII. et DCCLXXXVI.* GAIL. *lib. 2. Obſ. 149. n. 8.* BERLICH *P. 2. Deciſ. 284.* Sunt autem ſcripturae antiquae, ſi eum, qui ſcripſit, adhuc viuere poſſibile non ſit; adeoque ſeptuaginta annorum tranſcurſus inſtrumentum facit antiquum. Quidquod etiam copiae 1 2

piae ſiue exempla antiqua veteris ſcripturae, inprimis ſi a notario quondam confecta ſint, recognoſci debent, vt WERNHEK *Tom. 3. p. 227. Obſ. 305.* demonſtrauit. An vero hae ſcripturae antiquae ex tabulario depromtae pro ipſo magiſtratu aut eccleſia aut opificio adeoque pro ſcribente probent cum LEYSERO *Spec. 168. med. 6.* non penitus affirmare auſim, ſed in ea re arbitrium iudicis valere vt pro cauſarum varietate et ſuſpicione aut veri aut falſi de earum fide iudicet. Hoc certum eſt plenarie pro magiſtratu vel eccleſia nunquam probare, ſed tamen haud leviter opitulari et reliqua teſtimonia iuuare. *Obſ. CCX. Reg. 10.* Adde *Obſ. CCCIII. DCXXX. DCCLXXXVI.*

OBSERVATIO CCXCII.

Contra documenta nouiter reperta noua Reprobatio admittitur.

Hanc eſſe Iudicii Appellationum Supremi iuſtam ſententiam, diſcimus ex RIVINO *tit. 21. Enunc. 51.* et BERGERO *El. Diſc. For. tit. 24. Obſ. 3. not. 2.* Si modo articuli reprobatoriales non ad alias res, ſed tantum ad frangendas huius documenti vires, aut elidendas ex his deductas concluſiones, dirigantur. Eodem modo contra teſtes in locum teſtis demortui ſubſtitutos noua interrogatoria admittenda eſſe, inferior Obſ. DXII. demonſtrabit.

OBSERVATIO CCXCIII.

Prolongatio cambii ſubſcriptionem debitoris requirit.

Nam ſi creditor prolongationem in litteris cambialibus ipſe annotauit, poterit ei opponi exceptio praeſcriptionis, quae per replicam prolongationis non in continenti eliditur, quia ſcriptura pro ſcribente nihil probat.

OBSER-

OBSERVATIO CCXCIV.

Generalia de Pertinentiis et fundorum, aliarumque rerum acceſſionibus.

Quam Indici Pertinentiarum germanice ſcripto praemiſimus generalem de Pertinentiis introductionem, in priori Rhapſodiae editione repetieram quod nunc, vt chartae parcatur non facio ſed lectorem ad huncce libellum remitto.

OBSERVATIO CCXCV.

Exceptio enati concurſus nec litis eſt ingreſſum impediens, nec ſententiam definitiuam remoratur.

Moto concurſu actiones particulares ceſſare, omnesque creditores ad forum vniuerſale remittendos eſſe, non omnino verum.

A tempore, quo magiſtratus debitori bonis interdixit, appellatur ein Credit Weſen, *a tempore affixarum edictalium immo iam poſt ceſſionem bonorum dicitur* ein Concurs.

Si ne bonis quidem interdixerit iudex, at quis adeo ſit obaeratus, vt omnes conturbationem praeuideant, concurſus appellari poteſt materialis, quia formalis demum poſt ceſſionem bonorum ſolenniter factam atque ſecutas edictales incipit.

Inter varias reorum exceptiones et haec aliquoties obuenit, vt conuenti debitores dicerent: ſe bonis ceſſiſſe, adeoque hanc cauſam

 parti-

particularem ad iudicium vniuerſale remittendam eſſe, neque ſe in alio foro creditoribus reſpondere. Non nego poſt edictales emiſſas concurſum efflorere, ſed etiam antea, ſi bonis ceſſit, eatenus concurſus incipit vt alienare amplius nequeat. MEV. *P. 6. Deciſ. 104. vide infra Obſ. DXXXIX.* Neque tamen ſemper iudicia particularia peritus ſe ſiſtunt, coorto vniuerſali, quod LYNKERI Deciſio 26. deinde etiam ſequentes decidendi rationes Menſe Martio 1767. a noſtro Collegio
2 datae indicant: Obwohl Beklagter ein öffentliches Zeugniß, daß er ſich dem Banqueroutier Mandate unterworfen habe und ihm hierauf ein ſicheres Geleite wider ſeine Gläubiger ertheilet, alſo das Creditweſen, beſonders die Sequeſtration ſeines Vermögens, annoch anhängig und nicht beendiget ſey, in beglaubter Form beygebracht, als woraus er, daß wider ihn alhier, zumal executiviſch nicht geklaget werden möge, unter andern auch um deswillen zu behaupten ſuchet, weil nach der Erl. Proc. Ordn. tit. 41. §. 4. bey Concurſen keine Wiederklage ſtat findet, ſondern die Ausflüchte des Schuldners
3 zugleich bey dem iudicio vniuerſali erörtert werden ſollen, auch Kläger darinnen, daß er meynet, als wenn dasjenige, ſo Beklagter wegen ſeines anhängigen Creditweſens anitzt nicht werkthätig zu machen vermöge, hinkünftig ſeines Curatoris bonorum Obliegenheit werden müſſe, irrig iſt, ſintemalen wenn Kläger bey künftigen Concurſe ſeine Forderungen nicht liquidirte, den künftigen Curatorem bonorum gegenwärtiges Urthel, wodurch Beklagter das Haus abzutreten, für ſchuldig erkant wird, zu nichts verbindet; Ferner Klägers Gegenantwort, daß noch zur Zeit, weil weder Edictalien ergangen, noch ein Curator verpflichtet, kein förmlicher Concurs, ſondern blos ein Creditweſen entſtanden ſey, in keine Erwägung kommet, ſintemalen, wenn auch gleich der Unterſchied zwiſchen einem völlig ausgebrochenen Concurſe und einem entſtandenen Creditweſen; ſeine gute Richtigkeit hat, nichts deſtoweniger auch bey leztern der Schuldner, ſo bald er ſich nur angegeben, nunmehro weiter einen Gläubiger vor den andern zu befriedigen oder etwas zu veräuſern auſer Stande;

4 Dennoch aber und dieweil kein Gläubiger bey dem Concurſe zu liquidiren gezwungen werden, wohl aber derſelbe ſich ſein Recht bis auf Verbeſſerung der Vermögens Umſtände vorbehalten kan, auf welchen Fal Klägern gegenwärtiges Erkentniß dereinſt zu ſtatten kommen muß, wie denn ſogar demjenigen, ſo bey dem Concurſe zu liquidiren gedenket, vorher ein rechts-

kräfti-

kräftiges Urthel, welches ihn ſodann von fernern Beweiſe befreyet, erlanget zu haben, nützlich iſt, überhaupt aber, wenn der Concurs auch wirklich ſchon eröfnet wäre, dieſes in gegenwärtiger Sache zu erkennen nichts hindern würde, weil ob Beklagter das Haus abzutreten vermögend oder nicht? ſich erſt bey der Hülfs Vollſtrekung zeigen wird, wie denn die ex *L. 6. §. 7. ff. quae in fraud. cred.* abgeleitete ſonſt gar bekante Regel: moto concurſu actiones particulares ceſſare, omnesque creditores ad forum vniuerſale remittendos eſſe lediglich von der Execution oder allenfals nur von denen Gläubigern, ſo aus der Maße befriediget werden wollen, anzunehmen; auch in gegenwärtiger Sache noch kein förmlicher Concurs, ſondern ein bloßes Creditweſen vorhanden, alſo ein Endurtheil wohl geſprochen werden mögen, weil, wie gedacht, die Unterſuchung ob und wie die Abtretung zu bewirken? annoch zu frühzeitig.

Et iterum alio tempore reſpondimus: Endlich das nebenbey geäuſerte Vorgeben, daß, weil Beklagter ſein ſämtliches Vermögen denen Gläubigern abzutreten in Begriffe ſtehe, er dieſen einzeln Proceß zu führen kein Geld habe, um deswillen, weil ihm, ſo bald jenes geſchiehet, das Armen Recht ertheilet werden muß, unerheblich; So iſt ꝛc. Vide plura in *Obſ. DXXXIX.* vbi demonſtrauimus alienationes poſt Ceſſionem bonorum nullas eſſe, etiamſi Edictales nondum exierint, et alia quaedam huic noſtrae quaeſtioni coniuncta. Item in creditorum concurſu ſi cambialis creditor non liquidauerit, agere aduerſus eum cambialiter poteſt, non obſtante concurſu. *Deciſ. 26. d. a. 1746. Diſſentit.* BÖHMER *Conſult. T. 2. P. 2. Reſp. 973. et 974.*

OBSERVATIO CCXCVI.

Qui ſcalam adſcendenti furi tenuit, Germaniae moribus non putatur eſſe furti ſocius.

Stans ante oſtium in via publica et deiectam feneſtra ſuppellectilem auferens non eſt furti ſocius, ſed merus auxiliator.

Qui amicitiae non lucri cauſa furem occultat, furti nec ſocius, nec auxiliator.

1 Qui tantum animo, non corpore, fures iuuerunt, neque tamen lucri ſummam quinque ſolidos excedentis participes facti ſunt, capitaliter puniri nequeunt, CARPZOV. *P. 4. Conſtit. 40. defin. 2.* ſi qualificatum furtum exceperis, in quo auxiliatores de reliquorum qua-
2 litate participant. *Vide ſupra Obſ. CI.* Quibus modis autem quis adiuuare furem poſſit, VLPIANVS in L. 50. de furt. et IVSTINIANVS indicat, in §. 11. Inſtitutionum de obligation. quae ex delict. naſc. *Interdum furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit, qualis eſt is, cuius ope et auxilio furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui tibi nummos excuſſit, vt alius eos raperet: aut tibi abſtulerit, vt alius rem tuam exciperet: aut oues tuas vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Ope et conſilio eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas forte feneſtris ſupponit, aut ipſas feneſtras vel oſtium effringit, vt alius furtum faceret; quiue ferramenta ad effringendum aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerentur, commodauerit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantum conſilium dedit, atque hortatus eſt, ad furtum faciendum, non tenetur furti.* Hic locus cum de priuata furti actione agat, nobis hodie in delicto publico inutilis, cum duriſſima furti poena exigat, vt in auxiliatoribus quantitas non furti, ſed lucri, ſpectetur.

Difficillimum autem in hac tota quaeſtione eſt, ne furti verum ſocium pro auxiliatore, nec e contrario, quod multo periculoſius, auxiliatorem pro vero fure habeamus. Huic difficultati vt remedium

ferrem, primum in mentem veniebat diſtinctio inter opem ante furtum, 3
in ipſo furto, et poſt furtum latam ſpecioſa quidem primo obtuitu,
reuera autem inanis, quoniam ex incertis nos incertiores facit, ſi qui-
dem hoc ipſum obſcurum eſt, quousque furti actus perduret, et quid
ſit auxilium in ipſo furto commiſſum? Nam excubiatores in ipſo furto
opem ferunt, nec tamen aliter capite plecti poſſunt, quam ſi quinque
ſolidos reuera perceperint. *Conſtit. El. 39. P. 4.* Nec in Saxonia ele- 4
ctorali hodie illa ex Inſtitutionibus Iuſtiniani repetita diſtinctio: vtrum
quis tantum ANIMO iuuerit v. c. homines diuites indicando, aut
CORPORE v. c. ſcalas ſuſtinendo, obſeruatur, cum et is, qui animo
iuuit, ſi ex praeda quinque ſolidos participauerit, laqueo dignus iu-
dicetur. Ita reiectis diſtinctionibus caeteris, regulam ſtabiliemus, nempe:
inter auxiliatorem et verum furem diſcrimen intereſſe hoc vnicum,
vt auxiliatoribus et conſiliaris furum, qualescunque demum fuerint,
capitalis poena dictari non poſſit, niſi ſupra quinque ſolidos lucri re-
uera participauerint. Non ergo totius furti ſumma aequis partibus iis
imputari poteſt, vt in veris furti ſociis fieri videmus.

Diſſentit BÖHMER in ſuis ad Carpzouium Additionibus, vbi eum, 5
qui in ipſo actu furandi opem tulit, capitaliter puniri aſſerit, huius-
que rei probandae cauſa ad Inſtitutionum Iuſtiniani locum ſuperius lau-
datum nos adducit, hodie, vt dixi, inutilem, adeoque manifeſto hic
laudatiſſimus auctor in aliud genus, nempe ex iure Germanico in Ro-
manum, ex criminali in ciuile iudicium et actionem furti prolabitur,
quod in cauſa ſanguinis fieri non debet. Deinde non ſatis id ipſum at-
tingit, quod in hac quaeſtione vnum difficile eſt. Nempe pariter et
ego dico, auxiliatorem ſecundum illud: Der Heler iſt ſo gut, als wie
der Stehler, capitaliter puniri, ſed tunc demum, quando ſupra quin-
que ſolidos reuera et actualiter lucratus eſt. Vide *Conſtit. Elect. 40.*
P. 4. in qua conſtitutione non exceptio, ſed regula, traditur et excu-
biator exemplicatiue ponitur. Sed de eo non agimus, cum id potius
quaeratur: an tali auxiliatori totius furti an lucri quantitas imputanda 6
ſit? Prius nego. Verus enim fur vix alius videri poteſt, niſi qui ipſe
ex alieno loco rem amouit, non ergo qui iam loco motas vlterius au-
fert. *(vide ſupra Obſ. XXXII.)* Nec enim *Lex. 35. ff. de furt.* cum
de actione ciuili agat, ad capitalem poenam applicanda. Reſcriptum
regium

regium ad dicaſteria die 17. Febr. 1721. emiſſum ita habet: Wie wir nun die Meynung nicht gehabt, daß die Diebe und der Hehler pro ſociis gehalten und dasjenige, was der leztere participiret, oder wenn er mit gerechnet worden, participiren können, denen Erſtern zu ſtatten kommen ſolle, alſo iſt ꝛc.

7 Si ei, qui ſiue animo ſiue corpore iuuit, promiſſa fuerit praedae portio, neque eam acceperit, etiam furto magno a ſociis perpetrato, tamen vltra virgarum coercitionem nihil ſuſtinebit, *Conſtit. Elect. 39. et 40. P. 4. Mandat. d. d. 17. Sept. 1720. in Cod. Auguſt. T. X. p. 1930.* quod in veris furibus, qui ſimul quid abſtulerint, aliter ſe habet. Nam ſi Caius et Fuſcus 26. thaleros abſtulerint, licet Fuſco imbecilliori forſitan tantum tertia vel minor praedae pars a Caio fortiori ſocio promiſſa fuerit, ac ne hanc quidem acceperit, tamen etiam Fuſcus pendebit. CARPZOV. *Pr. Crim. qu. 78. n. 43.* ibique BÖHMER, BEATVS PARENS *in Diſp. de Furto magno, §. 10. et diſp. de mitig. furt. poen. §. 10. ſeq.* BERGER *Oecon. Iur.* nec quisquam ab hac ſententia recedit, niſi vnus LVDOVICI *ad C. C. C. art. 157.*

8 Quaeſitum eſt, an, qui ſtans ante oſtium in via publica, deiectam ex feneſtra ſuppellectilem excipit et aufert, ipſi furi aut tantum auxiliatori comparandus ſit? Malim mitiorem ſententiam ſequi et, quoniam res non a loco, vbi iacebant, mouit nec aedes intrauit, tantum auxiliatorem putare. In his ſimilibusque exemplis quantitas lucri, non quantitas furti, ſpectanda. Ei itaque, qui excubias egit aut ſcalam adſcendenti tenuit, quia tantum opem tulit, non poſſumus, ſi alter ſolus aedes intrauerit, dimidiam totius praedae imputare, ſed id tantum, quod verus fur ipſi de furto tribuit, quae diſtinctio in Receptatoribus quotidie obuenit. Si tamen de minuenda furti ſumma quaeſtio ſit, in fauorem veri furti, eius nempe qui deiecit, etiam is qui ſcalas tenuit, pro ſocio habetur. Negare tamen non poſſum Collegii noſtri opinionem non conſtantem, ea in re fuiſſe, vt ſtabilita a me regula non ſemper obſeruetur, ſed pro diuerſitate cauſarum propemodum arbitrium ſolius iudicis definiat, an quis pro ſocio an miniſtro habendus ſit. Inprimis qui ſcalam apportauit, eamque tenuit, multo magis qui in mediis ſcalae gradibus aut etiam inferioribus ante feneſtras

ſtras ſtetit et deiectas res excepit, licet domum non intrauerit, tamen, quoniam ſcalam adſcendit, furti ſocium putauerim. Itaque multum intereſt, vtrum quis in via ante aedes, an in ſcala feneſtras prope ſteterit. Item ſi quis ante furtum, in ipſo furto et poſt furtum cooperatus ſit, licet ipſas aedes non intrauerit, a collegio verus furti ſocius exiſtimatur.

Sabina imperat Catharinae, vt vicini abſentis aedes intret, et res 9
inde ablatas ſibi afferat. Si Catharina id faciat, furti poenae non ſubiacet, quoniam absque animo lucrandi tantum amicitiae cauſa fecit aut imperio obſecundauit. *L. 39. pr. ff. de furt. L. 5. §. vlt.* ff. L. H. ff. ad *L. Aquil. L. 50. §. vlt. L. 53. pr. ff. de furt.* Si autem Catharina mercede conducta tale perpetrauerit, mercedis non furti quantitas ad poenam imputanda. Sed nec hortatrix Sabina furti tenebitur, niſi quantum facta eſt locupletior, quia opem in ipſo furto nullam adhibuit, ſed tantum conſilium dedit atque hortata eſt ad furtum faciendum. *L. 36. ff. de furt.* IVSTINIANVS *§. 11. in fine Inſt. de oblig. quae ex delict.*

Item qui amicitiae non lucri cauſa furem occultat, nec furtum indicat, ne quidem furti auxiliatorem eſſe, ſed arbitrio iudicis extra ordinem leuiſſime puniri, tralatitium eſt et legibus conforme. *L. 48. §. 1. ff. de furt. cap. 4. X. de furt.*

OBSERVATIO CCXCVII.

Filius furioſus poteſt exheres ſcribi ob verbera patri ante furorem illata.

Dementes ne quidem tempore dilucidi interualli tormentis ſubiiciuntur.

Tametſi Deus non dimittit poenam ob peccata ante furorem com- 1
miſſa, tamen magiſtratus ſe ludibrio vulgi et riſui expoſiturus foret, qui facinoroſos in furorem adactos, ob delicta in ſtatu ſano perpetrata, capite plecteret, cum ne quidem tempore dilucidi interualli tormen-

tormentis ſubiiciantur, WERNHER *P. 8. Obſ. 458.* ob rationem inferius *Obſ. CCCCLIX.* ſtabilitam. Quoniam enim dementem ſatis ſua fatuitate infelicem exiſtimamus, non aliud experitur ſupplicium. Anne
2 ergo eadem doctrina in exheredatione obtinebit? Certe omnis exheredatio, poena quippe, odioſa nec afflictio videtur addenda eſſe afflicto. Debet etiam ſentire exheredatus poenam, cuius furioſus certam comprehenſionem non habet. Adde in poenalibus neminem inauditum eſſe condemnandum nec ſuſceptam a curatore, rerum antea geſtarum non ſatis gnaro, depulſionem obiecti criminis ſufficientem videri. Ne quid de reipublicae incommodo dicam, cuius intereſt, ne mentis inops ſua portione legitima fraudatus ex publico alendus veniat. Haec argumenta facile quempiam eo rapere poterant, vt patri exheredationem deneget.

3 Attamen in contrarium ducor *arg. L. 7. §. 5. C. de curat. fur.* et *L. 27. C. de epiſcopal. audient.* Non quidem, fateor, verba hic diſpoſitiua inueneris, attamen vbi in re dubia lex diſerta deficit, verba etiam incidentia interdum pro lege habentur.

OBSERVATIO CCXCVIII.

Ob metum periurii probabilem iurisiurandi delatio acceptata reuocari nequit.

Auferri enim per acceptationem quaeſitum ius nemini debet. *L. 2. ff. de iureiur.* Solent tamen dicaſteria tunc, etiam in cauſa ciuili, admonitionem clerici de vitando periurio iungere.

OBSER-

OBSERVATIO CCXCIX.

Qui debitoris negotia in ſoluendis tributis geſſit, in priuilegium fiſci ſubintrat, quamuis iura a fiſco ceſſa non habeat.

L. 24. §. vlt. ff. de reb. auct. iud. poſſ. L. I. C. de his qui in prior. credit. loc. Has leges ſequimur et contrariam *Legem 3. §. ult. C. de priuil. fiſc.* vilipendimus.

OBSERVATIO CCC.

De Pertinentiis feodalibus.

Multae de his lites, vt recte FLEISCHER *in Inſtitutionib. Iur. Feud. cap. 9. §. 28.* ſenſiſſe videatur, cum ſcripſerit: Optandum eſſet, vt pertinentiae feudales in legibus eſſent determinatae. Hac ratione enim non ſolum multis litibus obex poneretur, ſed conceſſio etiam principis non tam in diuerſos quandoque ſenſus detorqueretur. Nos huic pio deſiderio opem tulimus et ſingulari libello, qui Pertinenz Regiſter inſcribitur omnes non ſolum feudales ſed praeter has etiam alias pertinentias ordine alphabetico propoſuimus ad quem libellum, lectorem ne idem bis cogatur emere, ablegamus.

OBSERVATIO CCCI.

De ambitu praediorum ad viam proxime adiacente Vorhäuptern;
De Impluuio, dem Traufrechte;
De limitibus agrorum, Reinen,
De Compluuiis Schlippen,
Cui ſolarium debeatur ex taberna aedibus iuncta, von Buden Zinſe, Standgelde.
De Sepimentis in confinio poſitis Plancken und Zäunen.

1 Natos ex arboribus fructus in ora praediorum ruſticorum, denen Vorhäuptern, poſitis, more Germanico non ad vniuerſitatem ſed dominum fundi pertinere exemplis et inductione propemodum vniuerſali facile probatur.

2 Quod autem in praediis ruſticis adiacens haec particula viae, vbi aratra, occam, interdum et currum ruſtici reponere et quam Vorhäupter appellare ſolent, id in praediis vrbanis dicitur das Traufrecht, ſiue IMPLVVIVM EXTERNVM, ſub dio ad vſum aedificii relictum, ideoque aedium pertinentiis annumerandum. Si hoc diſpliceat, dic quaeſo
3 eam ſeruitutem neceſſariam, vbi publicum ſeruit priuato. Tenet autem contra magiſtratum aut conuicanos actio, ſi intra ſtillicidium aliquid moliantur, cum potius, ſi quis in aedium mearum ambitu olitor vel opifex tabernam collocet, ſolarium inde mihi debeatur, nec huius impluuii aditus intercludi aut vllo modo intercipi poſſit. *L. 21. ff. de ſeruit. praed. vrb. L. 9. ff. ſi ſeruitus vindic. L. 6. §. vlt. eod. Conſtit. El. Sax. 41. Part. 2.* Vnde hi aedium proximi viae limites tranſennis a domino circumdari aut etiam catenis muniri ſolent, vt populus arceatur. Pertinet hoc quodammodo, quod MEVIVS P. 7. Deciſ. 373, et HERTIVS lib. 1. Paroem. 23. protulit, quae inſcribitur: Wem der Hagen,

dem iſt auch der Graben, hoc eſt: Cui ſepimentum, illius etiam eſt foſſa proxime adiacens. Caeterum indicium domini foſſae etiam agger, 4
vt in cuius fundum effoſſa terra iacta ſit, ad eum pertinere iudicetur. Der Graben gehört demjenigen auf deſſen Seite der Auswurf gemachet. Nec vero ſtillicidium putandum, quod per cupreos canales tectum latiſſime excurrentes aquam pluuiam inſtar fluminis ſuperni ad mediam vſque plateam propellit, ſed potius quousque guttatim pluuia e tegulis cadit, aut, ſi cuprei canales non auerterent, naturali ex tegulis decurſu caſurum ſit. Spatium enim hoc ſemper relinquendum, etiamſi in eo loco nullae ex tecto tegulae excurrunt. Latitudo externi huius aedium impluuii ſi architectos conſulas, eſt vna vlna cum dimidia, ſiue ſechs viertel Leipziger Elle. Hoc, quoniam artis peritis de ſua arte profitentibus credendum eſt, recipio, vt evitetur arbitrium iudicis, nec opus ſit, vt is in ſingulis cauſis inſpectione oculari eruat, quousque pluuia e tegulis ceciderit, aut ſi aedificium illic cum tecto collocetur, cadere poſſit. Nec vicino licet intra ſpatium, quo meum ſtillicidium ſe porrigit, aedificare *L. 20 §. 3 ff. de ſeruit. praed. vrb.* ZINKIUS in 5
Lexico Oeconomico ſub verbo Trauſe ita definit: Trauſe nennet man den Abfall des Waſſers, wenn es bey dem Regen über das Dach auf den Erdboden rinnet. Und weil denn das Dach jedesmal etwas weiter über die vordere Wand hervorragen muß, damit ſelbige um ſo vielmehr für den Regen verwahret ſey, folglich auch die Trauſe weiter herabfället, ſo heiſet man ebenfals auf dem Erdboden den Raum, von der Grundmauer des Hauſes angerechnet, bis an den Ort, wo das Waſſer vom Dache auffält, die Trauſe. Solche iſt mit einem beſondern Rechte beleget, ſo daß kein Nachbar an des andern Trauſe ſo nahe bauen darf, daß dadurch der Abfluß des Waſſers verhindert werde, oder ein anderer Nachtheil dem Beſitzer des Trauſrechtes daraus erwachſen könne, und eben dieſes heiſet das Trauſrecht. Quid ſi prope 6
viam non aedificium cum excurrentibus tegulis, ſed merum parietem ſine tegulis, aut iis introrſum verſis poſſideam, nonne ſimiliter vtar illo ſpatio, quod externum impluuium dicitur? Immo nihilominus vſus eius et fructus meus eſt, ſufficit enim me quandocunque lubet, domum aedificare poſſe in eo loco, vbi nunc merus paries. Nec huius 7
modi res merae facultatis vlli praeſcriptioni ſubiecta, nec aditus ad externum hoc impluuium, ſi ibi velim tabernas aut arbores collocare,

 mihi

mihi vllo modo intercipiendus, niſi aut pactum, aut ius municipale aut prohibitio et ſecuta inde diuturna acquieſcentia obſtet.

8 Contra vero magiſtratus iure prohibet, ne quis protecta ſua ſeu Moeniana et ſuggrundia ſupra impluuii ſpatium porrigat, ne liberior aer vrbi intercipiatur. *L. 11. C. de aedific. priuat. L. 12. §. 5. eod.*

9 Impluuio ſimile COMPLVVIVM die Schlippe, quod duarum aedium interſtitium commune putatur. Non ergo vnum latus vsque ad flumen pluuiale in medio transcurrens vni, alterum vero alteri vicino proprium, ſed totum ſpatium commune eſt, nec inuito altero quicquam ibi aedificatur *L. 14. ff. de ſeruit. praed. vrb. L. 83. ff. pro ſoc.* FESTVS compluuium ita deſcribit: *Eſt*, inquit, *quo de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum.* Adde VITRVVIVM *lib. 6. cap. 3.* Agit de his interuallis GRYPHIANDER *de Inſulis cap. 1. num. 42.* Si-
10 mile in limitibus agrorum, denen Reinen, obuenit, quae ſpatia Confinii nomine apud Romanos obueniunt. *L. 7. §. fin. ff. de adquir. dom.* de quibus ALCIATVS librum ſingularem *de quinque pedum praeſcriptione* edidit, ſi quidem ſpatium quinque pedum relinquendum erat, vt aratrum verti poſſet, nec eius vlla vſucapio. *L. fin. ff. regund. L. 5. 6. eod.* Haec confinia Grenzreine et ambitus aedium, Schlippen, communia eſſe docet Obſeruatio inferior. Sed ad impluuia ſiue inſulae ambitum et extremos aedium limites reuertor, de quibus menſe Septembri 1767. ad interrogationem illuſtris Curiae Cellenſis in cauſa domini de Bilderbeccio contra Senatum Cellenſem Facultas Iuridica Lipſienſis ſequentem cum rationibus ſententiam tulit:

11 Daraus ſo viel zu befinden, daß Beklagter Rath denen Töpfern das Feilhaben vor Klägers Hauſe andere geſtalt nicht, als daß ſie ihre Waaren, ſo weit als die Traufe von dieſem gehet, davon abgerükt und entfernet ausſtellen mögen, auch ihm der Eingang und die Einfahrt in daſſelbe frey verbleibe, zu erlauben und die Töpfer nur dergeſtalt anweiſen zu laſſen, befugt; Klägers übriges Suchen hat nicht ſtat: Es könte und wolte denn derſelbe ein gänzliches Verbiethungs oder aber Beklagter ein unumſchränktes Geſtattungs-Recht, in Ordnungsfriſt, beyden Theilen den Gegenbeweis, Eydesdelation und andere rechtliche Nothdurft vorbehältlich, wie Recht, erweiſen, deſſen genöſſen ſie billig, und ergehet ſodann ferner was Recht iſt.

RATIO-

RATIONES: Obwohl gegenwärtige Sache noch gar nicht zu einem 12 Haupterkentniſſe eingeleitet zu ſeyn ſcheinet, vielmehr beyde Theile darüber ſtreitig ſind, ob nach Art des poſſeſſorii ſummariſſimi, oder des petitorii und in leztern, der actionis negatoriae oder confeſſoriae zu erkennen ſey; Hiernächſt Kläger beſonders vor ſich anzuführen weis, daß einem jeden Hausbeſizer in denen Städten der freye und ungehinderte Gebrauch des Steinpflaſters und Vorraums vor dem Seinigen zuſtehe, alſo bey ihm beruhe, einen andern davor zu dulden, oder deſſen Mitgebrauch ohnentgeltlich oder gegen gewiſſe Abentrichtung zu verſtatten; hierunter auch als bey einer re merae facultatis keine als in contradictorio verfochtene Verjährung demſelben entgegen geſtellet werden kan, allenfals Beklagter Rath ſich eines iuris ſingularis bemächtigen wolle, ſo der natürlichen Freyheit zuwider laufe, deſſen Beweis ihm wenigſtens obliege, Kläger auch gegenwärtig nicht mit denen Töpfern, ſondern mit Beklagtem Rathe, der ſolche dahin anweiſen wolle, im Streite und Widerſpruche befangen, alſo derſelbe, daß die Töpfer einige Zeitlang den Stand vor Klägers Hauſe gehabt haben ſollten, vor ſich als actus poſſeſſorios anzuziehen nicht vermöge; nicht weniger Beklagtem die von ihm angeführte Markt-Ordnung gewiſſermaaſen ſelbſt zuwider, wenn nach ſolcher die Krähmer und Kaufleute ihre Buden auf dem Stadtmarkte haben ſollen, die Worte aber, wenn es heißt: Auf Erlaubniß des Bürgermeiſters; mehr von der bey ſelbigen zu ſuchenden Verſtattung des Feilhabens, als einer von deſſen Wilkühr abhangenden Anweiſung des Plazes zum Feilhaben ausgelegt werden könten. Uebrigens eine ausdrückliche Diſpoſition, daß die Eigenthümer derer Häuſer in einer Diſtanz von ſelbigen, ſo weit als deren Traufe geht, niemanden den Mitgebrauch, alſo auch das Feilhaben davor zu geſtatten nicht pflichtig ſeyn ſolten, keinesweges vorhanden, noch von Klägern ſelbſt darauf ſich in der Klage oder ſonſt bezogen worden.

Dennoch aber und dieweil dieſes eine in die Policey einſchlagende 13 Sache, welche, ſo viel möglich, in der Kürze zu entſcheiden, und dann die Beſtimmung derer Pläze, auf welchen ſonderlich zu Jahrmarktszeit die Waaren zum feilen Kaufe ausgeſtellet werden ſollen, meiſt vor die Obrigkeit jedes Orts gehörig, welche ſogar Kläger ſelbſt, wenn er ſagt, daß derſelbe die Mitaufſicht über die Policey habe, und die Stelle derer alten aedilium vertrete, dem Blagten einräumet. Ueberhaupt die Gaſſen und der Markt, alſo auch die Einkünfte davon, zu denen rebus vniuerſitatis gehörig, dannenhero

 auch

auch das Markt- und Standgeld bey denen Jahrmärkten ordentlicher weiſe denen Räthen zu Beſtreitung derer Koſten zukommt.

§. f. I. de contrah. emt. §. 6. I. de R. D.

WEHNER obſ. pr. ſ. v. Budenzinß.

WESEMB. Conſ. XII. n. 67.

AHASV. FRITSCH. de Regali Nundin. Iure Cap. IX. §. 11. n. 32.

Jedoch hierbey jedesmal eine gewiſſe Mäßigung zu gebrauchen, damit die Hausbeſitzer und niemand an dem Gebrauche ſeines Eigenthums behindert werde, da denn nach deutſchen Rechten der Vorraum vor denen Häuſern zum vorzüglichen Gebrauch vorbehalten zu werden pflegt, dieſes auch und daß er den freyen Zugang hierzu ohngehindert behalte, der Sache Beſchaffenheit gemäß, dannenhero insgemein hierunter nach dem, wie weit die Traufe gehe, oder zu gehen pflegt, und allenfals, wenn darüber Zweifel, officio iudicis ſolches zu beſchränken, ſich gerichtet wird, ꝛc.

14 Via in vrbibus publica cum inter res vniuerſitatis referenda videatur, quarum haec natura et indoles, vt proprietas quidem ad vniuerſitatem, vſus autem ad ſingulos qui ſunt in vniuerſitate, potiſſimum autem ad eos, qui vtrinque domus poſſident, pro latitudine domuum, pertineat atque in huiusmodi cauſis ſemper melior ſit conditio prohibentis, non obſcurandae per poſitas nimis prope publicas tabernas, feneſtrae ianuae aut camerae quas poſſeſſor forte in infima aedium parte aperire velit, ſed aditus ad omnes parietis partes eo vsque patere debet, ne quis in libero eius vſu impediatur.

15 Paries in confinio poſitus communis putatur, *arg. L. 83. ff. pro ſoc.* niſi aliud ex ſignis argui poſſit. Architecti hanc regulam ſeruant: Daß der die Planke halten müſſe, auf deſſen Seite die Pfäle zu ſehen, dem aber die glatte Seite zugekehret, darf ſie nicht halten, ſondern vielmehr gehöret ſie demjenigen, dem die Spitzen der Nägel zugeſchlagen werden. Hoc didici ex variis iudicialibus actis et opificum arbitriis. Item ſepimentum eius eſt, dem die rauhe Seite zugekehret. I. P. S. lib. 2. art. 50. Wer zäunet, ſol die Aeſte von den Zaunruthen in ſeinen Hof kehren: Gloſſa autem

tem latina diſſentit, in ligneo pariete ita perhibens: *Quando dignoſcere volumus, cuius ſit paries aliquis et ad quem pertineat, tunc perſcrutamur vnde et ex qua parte infixi ſint claui, et in qua parte capita clauorum repeiuntur, illius paries eſſe cenſetur.* Conſentit POLACCIVS in *Matheſi Forenſi Sect. 2. Cap. 2. §. 53.* Man muß allemal darauf ſehen, von welcher Seite die Någel eingeſchlagen ſind, immaſen ſie alsdenn auch von dem Beſizer des Grundſtůkes auf derſelben Seite gehalten werden muß. Es iſt daher ganz irrig, wenn einige vorgeben, man můſſe in dem lezten Falle, um den Eigenthůmer zu erfahren, bloß darauf ſehen, wo die Stiehle ſtůnden, wenn auch die Någel von der andern Seite angeſchlagen worden wåren. Denn der Nachbar iſt ja niemals ſchuldig zu erlauben, daß der andere in ſeinen Garten komme, und daſelbſt ſeinen Zaun annagele und befeſtige. Alſo iſt demjenigen die Planke zuſtåndig, auf deſſen Seite die Breter angeſchlagen ſind. Nuper vero maximopere miratus ſum, in quibusdam locis opifices contrariam conſuetudinem obſeruare. Adſcribam ex actis iudicialibus horum iudicium: Bitterfeld den 27. Auguſt 1765. erſcheinen auf Erfordern zu Rathhauſe Meiſter Johan Gotfried Zöger, der Måurer, und Johan Chriſtoph Zöger, der Zimmerman, welche da ſie, was es mit denen bey Planken zugeſchlagenen Spizen von denen Någeln fůr eine Beſchaffenheit habe, befragt worden, zur Antwort ertheilen: Sie kŏnten nicht anders ſagen, als daß nach den alten Bauregeln und wie ſie von ihren Vorfahren gehöret und gelernet håtten, demjenigen ſo eine Wand oder Planke machen ließe, von denen Någeln die Spizen zugeſchlagen wůrden, welches ſie bey denen Gebåuden, ſo ſie machten, allemal thåten. Eadem irregularitas etiam Lipſiae obſeruatur, vt dominus is putetur, ad quem non capita ſed cuſpides clauorum directae; Aliud et certius indicium habes in libello meo qui Pertinenz Regiſter inſcribitur s. v. Planken. Cum itaque eandem conſuetudinem non omnes opifices vbique ſeruent, nec quae contra rationem introducta ſunt, ius facere poſſint, auctoritatem Gloſſae in ſpeculo noſtro plus tribuo, vnde etiam magiſtratui Bitterfeldenſi non ſecundum fabrorum Bitterfeldenſium ſed gloſſae opinionem reſpondimus addita ratione: Dieweil das fol. 3. befindliche Gutachten der Gewerken, denen Rechten nicht gemåß, und beyde Partheyen darinnen, daß wem die Planke zuſtåndig, dieſer auch ſolche halten můſſe, unter ſich einig ſind, ſo iſt Beklagter die ſtreitige Planke bey 5 Thaler Strafe in tůchtigen Stand zu ſezen ſchuldig. In muro proprietatis hoc indicium: ſi ſuperne reperiun- 16

tur

tur tegulae hamatae ad auertendam pluuiam. Nam verſus quam partem ſe inclinant et pluuias deducunt, ad eum murus pertinere praeſumitur. Item ex cuius parte arcus conſpiciuntur muri dominus putatur. Daher, quae POLACCII in Matheſi forenſi verba ſunt, iſt gleich anfänglich zu unterſuchen, ob eingemaurete Bogen auf beyden Seiten, oder nur auf einer Seite befindlich. In jenem Falle iſt ſie gemein, im andern aber deſſen, der die Bogen hat. Meiſtens werden bey einer gemeinen Mauer die Bogen wechſelsweiſe, nehmlich zur Helfte auf der einen und zur
17 Helſte auf der andern Seite angeleget. Quid autem ſi probatum ſit parietem ſiue ligneum ſiue lapideum vicini eſſe, atque ille ruinoſus ſit, anne cogam vicinum, vt reficiat? Immo non cogam quoniam non aliud, niſi cautio de damno infecto, mihi ſupereſt, cum ne ſeruiens quidem paries ab eius domino reficiendus ſit. *(ſupra Obſ. CLXXXIX.)* Nec obſtat Speculi Saxonici libr. 2. articulus 49, ſiquidem is fere cum iure Romano conuenit, vt verba ipſa ſatis indicant: Ein jeglich Man ſol auch bewirken ſeinen Theil des Hofes. Thut er das nicht, und geſchiehet da Schaden, er ſol ihn gelten. Geſchehe ihm aber ſelber Schaden davon, den bedarf man ihm nicht wandeln. Si tamen non ſoli vicino ſed reipublicae ex tali apertura ruinaue damnum metuatur, magiſtratus iure politiae refectionem imperat.

OBSERVATIO CCCII.

Tutor facto proprio contrauenire nunquam poteſt. Ceſſionarius non ſemper vtitur perſona cedentis, ſed interdum ſua.

1 Pupillo ex hereditate paterna centum thaleri in optimo puriſſimoque auro obuenerant, quos tutor, cui nomen *Primus*, acceperat. Hic primus tutor depoſita tutela nouo tutori, quem *Secundum* nominabo, hanc ſummam centum thalerorum tradit, ſed in nummis viliſſimis, peſſimis, atque hic nouus tutor tam ſtolidus, vt non ſolum accipiat, verum etiam Primum per apocham pleniſſime liberet. Adoleſcens maioren-

iorennitate conſecuta, aurum optimum, vti pater reliquerat a Secundo exigit, atque is vt tale reſtituat aut damnum reſarciat, condemnatus, iam regreſſum ſumit contra Primum. Omnes conſentiunt, eum nihil agere, cum facto proprio contrauenire nequeat, ſed pronunciatur: Daß Secundi Suchen nicht ſtat hat.

2 Quid autem ſi Secundus ſibi iura ceſſa dari curauerit a pupillo iam maiore facto et ex iure ceſſo agat? Ne ſic quidem quicquam efficiet, vt ex hiſce noſtris decidendi rationibus apparebit: Obwohl wenn jemand eine doppelte Perſon vorſtellet, zuweilen der Saz: daß niemand ſeine eigene Handlungen zu hinterziehen vermöge, ſeinen Abfal leidet, immaſen ein Vormund, welcher das ihme ſelbſt von des Pflegbefohlnen Vater zugedachte Vermächtniß ſich auszahlen läſſet, nichts deſtoweniger im Namen des Unmündigen Querelam inofficioſi anſtellen kan, §. 4. *Inſtit. de inoffic.* beſonders aber bey abgetretenen Rechten die Regel: Ceſſionarium cedentis perſona fungi, ſowohl in der Natur als auch in denen beſchriebenen Rechten gegründet, *L. 5. C. de hered. vel act. vend.* auch noch hierüber Primus ſich auf *L. vlt. C. de euict.* beziehet, und zu Erleuterung ſeines Vorgebens das bekante Beyſpiel anführet, wo eine Tochter, welche auf die väterliche Erbſchaft eydliche Verzicht geleiſtet, nichts deſtoweniger, wenn ſie hernach der Vater im Teſtamente zum Erben einſezet, dieſen teſtamentariſchen Nachlaß erhält. STRVVIVS *Exerc. 38. th. 50.* Alſo da Secundus nicht für ſeine Perſon klaget, ſondern Kraft abgetretenen Rechts die Wiedereinſezung in vorigen Stand, bey noch nicht abgelaufener vierjährigen Friſt, im Nahmen des Pflegbefohlnen verlanget, deſſen Suchen allerdings gegründet.

3 Dennoch aber und dieweil das angeführte Exempel eines Vormundes der ob er ſchon das ihm zugedachte Vermächtniß ſich auszahlen laſſen, nichts deſtoweniger im Nahmen des Pflegbefohlnen Querelam inofficioſi anſtellen kan, eine aus beſondern Urſachen verſtattete Ausnahme iſt, die man durchaus zu keiner Regel machen darf, immaſen aus dem Titel de exceptione rei venditae et traditae ſattſam erhellet, daß niemand ſeine eigene Handlungen, es geſchehe unter was für einem Vorwande es nur immer wolle, hinterziehen dürfe, auch hierüber annoch andere Geſeze *L. 25. ff. de adopt. L. 4. C. de reuoc. donat.* die ſtreitige Frage völlig entſcheiden, immaſen derjenige, ſo eine doppelte Perſon vorſtellet, nichts unternehmen darf,

welches einer von beyden ſchlechterdings entgegen iſt, *(vide ſupra Obſ. CCLXXXV.)* alſo zwar der Pflegbefohlne nicht aber Secundus wider Primum hätte klagen können, So iſt ꝛc.

OBSERVATIO CCCIII.

Litterae inueſtiturarum ius faciunt inter vaſallum et dominum, ſed contra tertium nihil probant. Simile dicendum de ſcripturis emtionis et venditionis, et eccleſiarum matriculis.

Interdum tamen purgatorio immo et ſuppletorio locum faciunt.

1 Res inter alios acta aliis nec proficit, nec obeſt. *L. 27. §. 4. ff. de pact.* WERNHER *P. I. Obſ. 84.* Interea tamen, cum falſum non praeſumatur, crediderim litteras inueſtiturarum etiam contra tertium, ſi aliae, quod bene notes, coniecturae concurrant, locum iuriiurando ſiue purgatorio ſiue ſuppletorio facere. Plane vt teſtes plane inhabiles, quemadmodum *Obſeru. CCX. Regula 10.* demonſtrauimus, ita et documenta inhabilia interdum opitulantur. Adſcribam rationes decidendi menſe Martio 1767. ad Iuſtitiarium Purſchenſteinia-
2 num datas: Obwohl der Regel nach Lehnbriefe, ſo wenig als Kaufbriefe, wider einen dritten etwas erweiſen, da erſtere blos zwiſchen den Vaſallen und Lehnherren, leztere aber einzig und allein unter Käufern und Verkäufern ein Recht ausmachen, gegen fremde Perſonen aber beyde nicht angezogen werden mögen, immaſen ſonſt einem jeden Ritterguths Beſizer etwas leichtes ſeyn würde, einen oder den andern Unterthanen, zum Nachtheile der übrigen, von Vorſpan und Lieferungen zu befreyen, wenn er ihn mit dem Bauer Guthe, als einem Afterlehne, beliehe; LEYSER Spec. 683. BÖHMER tom. 2. P. 1. Reſp. 481. et P. 2. Reſp. 917. auch Klägern allerdings obgelegen hätte, den Umſtand, daß die von Schönberg mit dem Dorfe Kämerswalde, wirklich als mit einem Ritterguthe beliehen ſey, beyzubringen, wovon aber die Beweis Artikel gänzlich ſchweigen, und wenn ſchon in der mit A. bemerkten

merkten Urkunde Beklagte eingeſtanden, daß Klägers Guth nicht behufet ſey, gleichwohl bey dieſem Bekentniſſe die ganze Gemeinde nicht zugegen geweſen, ein ſolches auch nicht durch Syndicen, ſondern nur von einigen Hüfnern und Vorſtehern im Nahmen der Gemeinde bejahet worden, wannenhero, daß dergleichen Eingeſtändnis beklagter Gemeinde nichts ſchaden könne, dafür gehalten werden möchte.

Dennoch aber und dieweil adeliche Lehngüther ſamt denen davon getrenneten Afterlehnen ordentlicher Weiſe für frey zu achten, ſodann Lieferungen und Spannungen bekanter maaſen, und wie ſolches noch zum Ueberfluſſe durch die mit D. bemerkte Urkunde, davon in dem Zwiſchenurthel fol. 130. Klägern der Gebrauch bey dem Hauptverfahren vorbehalten worden, von denen Hufen oder nach deren Größe und Verhältniß geliefert werden, daß aber Klägers Richter Lehnguth nicht behufet, ein verneinender Saz, mithin, da Beklagte nicht das Gegentheil dargethan, ſelbiger, auch ohne auf obiges Zugeſtändnis zurük zu gehen, für wahr anzunehmen; und nichts zur Sache thut, daß Kläger gleichwohl ſelbſt, welchergeſtalt Quatember auf ſeinem Guthe hafteten, eingeräumet, ſintemalen es ſo gar adeliche Lehngüther giebt, die unbeſchadet ihrer übrigen Freyheit dennoch beſchoket ſind, und da Kläger denen von Schönberg als ſeinen Lehnherren beſondere Lehndienſte entrichten muß, wenn er auch zugleich nebſt den übrigen Unterthanen liefern und vorſpannen ſolte, doppelte Laſten auf ſich haben würde, übrigens da Kläger fol. 137. daß er kein Gemeinde Recht genieße, geſchworen, dieſes einiger maaſen der übrigen Vermuthung, daß ſein Guth ein wirkliches Afterlehn ſey, einen nicht ganz außer Augen zu ſezenden Anſtrich giebet, ſolchemnach er allerdings, und in beſonderer Erwegung, daß kein Falſches oder ein zwiſchen ihm und dem Lehnherren verabredetes heimliches Einverſtändnis zu vermuthen, in ſeinem Beweiſe etwas ausgeführet, und weil aus ähnlichen Gründen der mit C. bezeichnete Kaufbrief, welcher von dergleichen Beſchwerden keine Meldung thut, ebenermaſen für betrüglich nicht zu achten iſt, Kläger ſo viel vor ſich hat, daß er zum Erfüllungseyde, welchen gleichwohl beſonders, auf den Umſtand: daß ſein Guth ein Afterlehn ſey, zu richten, dienlich geſchienen, geſtalten Sachen nach gelaſſen werden können. So iſt ꝛc.

In primis rurales ſacerdotes proni propria manu ſaepe matriculis ſuis inſerere iura, quae nunquam extiterunt, quaſi gloriae dei conſulentes, quae amplificetur, ſi ſeruorum eius patrimonium creſcat. Ita-

que res iniuſtiſſimas quas nunc palam ſuſtinere non audent, clanculum matriculae inſcribunt, quae ſi poſt triginta aut quinquaginta annos ſucceſſor rixoſus forte inuenit, hoc pulchro documento parochianos vexat propter gloriam Dei atque ſuperiorum fauorem facile impetrat. Vnde in Comitiis Saxonicis conqueſti ſtatus prouinciales his verbis: Die rechtliche Weiterung, welche nicht ſelten die Pfarrer wegen verlangter Gebührniſſe wider die Eingepfarrten zu erregen pflegen, haben ihren Urſprung oft daher, weil die Pfarrer ſelbſt in die Kirchen Matricul unrichtige Abgaben einſeitig eintrugen, und ſodann aus ſelbiger vermeintliche Befugniſſe herleiten wollen, auch hierbey von manchen Superintendenten unterſtützet werden, welcher Beſchwerde, nach dem fol. 56. ſub No. X. Vol. I. befindlichen unmaßgeblichen Vorſchlage, dadurch abzuhelfen wäre, wenn Ew. Churfürſtl. Durchl. zu verordnen gnädigſt geruhen wollten, daß hinführo in die Matricul etwas anderergeſtalt nicht als von dem Superintendenten, nach vorher unterſuchter Sache, auch in Gegenwart und mit Beyſtimmung des Patrons und der Eingepfarrten, eingetragen, wiedrigenfals aber dem Pfarrer, ſich darauf wider die Eingepfarrten zu beziehen nicht nachgelaſſen, danächſt bey jedesmaliger Kirch-Rechnung in Anweſenheit des Kirchen Patrons und der Eingepfarrten die Matricul abgeleſen, auch an Orten wo dergleichen nicht vorhanden, zu deren Verfertigung in Beyſeyn und unter Einwilligung des Kirchen Patrons, der Kirchen Vorſteher und der Eingepfarrten ſo fort verſchritten werden ſoll ꝛc. Sereniſſimus Elector ad hoc grauamen in comitiis 1776. habitis haec reſpondit: Die wegen des Einkommens derer Pfarrer und Schuldiener zur Richtſchnur dienenden Matriculn ſchreiben ſich entweder noch von denen Anno 1671. gehaltenen Viſitationen her, oder es iſt nach der Zeit zu Verbeſſerung alter oder Einrichtung neuer Matriculn den Superintendenten, in deſſen Inſpection die Pfarre oder Schule gehörig, nicht minder bey Churfürſtl. Lehnen einem Beamten, auſer dieſem aber dem Collatori Auftrag gethan worden, mit Vorladung der Eingepfarrten auch Zuziehung des Pfarrers oder Schulmeiſters alles genau zu unterſuchen, und ein Matricul zu fertigen, die bey dem Conſiſtorio erſehen, beſtätiget, und dann ſowohl bey ſolchem, als bey der Kirche verwahrlich aufbehalten, auf die privat Anzeige der Kirchen und Schuldiener hingegen bey Entſcheidung über ihr Einkommen, entſtehenden Streitigkeiten einige Rükſicht nicht genommen wird.

An

An inueſtiturarum litterae, quae contra tertium innalidae contra ipſum vaſallum plene probent inquiremus in Obſ. CCCXLI.

Iunge huic Obſeruationem CCX. ibique Regulam 10 Obſ. CCXCI. DXXX.

OBSERVATIO CCCIV.

Etiam tutor, qui pupilli futurus heres eſt, rationes reddere debet.

Immunem quondam pronunciabamus proximum pupilli heredem, ob legem Speculi Saxonici *lib. I. art. 23.* MENKE *Pandect lib. 27. tit. 3.* Sed cum hoc ius Saxonicum commune de tutela agnatorum fructuaria hodie per Receſſum Imperii d. a. 1577. tit. 32. §. 2. et 3. vbi omnibus tutoribus rationum redditio iniungitur, immo iam antea abrogata, atque inſuper per Conſtitutionem Electoralem vndecimam Partis ſecundae, mutatum videatur, hodie quoque proximi pupilli heredes rationes quotannis reddere coguntur. Id multo magis in Curatore abſentis obtinet, cum de eo, an futurus ſit curandi heres ab incerto pendeat. *Obſ. CVII.*

OBSERVATIO CCCV.

Milites actione reali in loco rei ſitae recte conueniuntur.

Id non ſolum regulis iuris ciuilis ſed et Saxoniae electoralibus conueniens. *Codex Auguſt. Tom. I. pag. 1198, et p. 2071.*

OBSERVATIO CCCVI.

Interuſurii computandi ratio Carpzouiana euiluit.

Interuſurii computandi rationem Leibnitianam nunc omnia dicaſteria adoptarunt, vt ſumma debita non per 20. vt CARPZOVIVS quondam ſuadebat, ſed per numerum 21 diuidatur. Itaque ſi mille thaleri poſt annum debiti ſtatim ſoluantur interuſurium non eſt 50 ſed detrahit debitor tantum $47\frac{13}{21}$ vt ſic creditor accipiat $952\frac{13}{21}$ thaleros. Hos $952\frac{13}{21}$ thaleros ſi creditor illico in vſuras elocet, poſt annum praeciſe mille habebit, cum e contrario, ſi Carpzouiano calculo prouenientes 950. illico elocaret creditor, poſt annum non mille habiturus fuiſſet, ſed $2\frac{13}{21}$ minus, quam mille. Adeoque creditor aliquid amplius quam quinque pro centum accipere debet.

OBSERVATIO CCCVII.

Si quis in variis monetae generibus mutuum acceperit, non expreſſa cuiusque quantitate.

Rhapſod. Obſ. CCXXXVII.

und denn ein neuer Pfarrherr eher dieſem Kaufe als einem Mitbelehnten zu vergleichen, und ſolchemnach der von Prediger Borkhauſen abgeleitete Schluß ungültig, welches auch ſo fort daher ſich abnehmen läßet, daß, wenn ſolcher gelten ſolte, es niemals möglich wäre, daß ein Pfarguth verjährt werden könte, ſondern wenn es auch ſeit vielen Jahrhunderten in andern Händen ſich befunden hätte, jedesmal dem Beſizer entrißen werden könte, welches zu behaupten noch nie einem Rechtsgelehrten zu Sinnen geſtiegen, weniger, ein ſolches in Geſezen, welche bey Kirchengüthern die Verjährung nur in etwas verlängert, nicht aber gänzlich aufgehoben, irgendwo befindlich.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXXV.

Exheredatio liberorum, ob ſponſalia ſine parentum conſenſu inita, mox totalis, mox tantum vſque ad dimidium legitimae.

Liberi abſque parentum conſenſu ſponſalia ineuntes, ſi copula carnalis aut ſacerdotalis non acceſſerit, tantum quoad dimidium legitimae exheredantur. Churſächſ. Ehe-Ordn. *in Cod. Aug. Tom. 1. pag. 1020.* Si autem inſuper concubitus acceſſerit, totalis exheredatio obtinet. *ibid.*

OBSERVATIO CCCXXVI.

Si in pacto retrouenditionis nihil de pretio dictum, praeſens aeſtimatio ſpectanda.

Nemo facile CARPZOVIO *P. 2. Conſt. 1. defin. 22.* adſtipulabitur, qui retrouenditurum eo pretio contentus eſſe iubet, quod ipſe olim ſoluerit. Potius id pretium ei numerandum, quo res in praeſens venire poteſt, quoniam poſſeſſor in meliorando praedio quaſi reluentis negotia geſſit, dum ſuas pecunias in rem quaſi alienam vertit. Sane retrouenditurus de damno vitando, contra reluens, de lucro captando certat. In Saxonia electorali argumentum ducere licet ex mandato d. 26. Ian. 1732. ibi: Nach itzigen Werth.

OBSERVATIO CCCXXVII.

An cui bona generali hypotheca oppignorata ſunt, perſecutionem habeat rerum ſingularium alii venditarum?

Specialis hypotheca poſterior non vincit generalem anteriorem.

Bona ſua omnia per hypothecam generalem ruſticus in Luſatia oppignorauerat creditori ſub formula: Mit Verband aller meiner Güther. Deinde vas aheneum vendiderat Iauoleno. Quaerebatur an creditor actionem hypothecariam inſtituere poſſit aduerſus Iauolenum, ſi is nondum vſu cepiſſet? Reſpondimus anno 1762. excuſſo prius debitore actioni hypothecariae aduerſus ahenei vaſis debitorem locum eſſe, quoniam quilibet emtor rem cum onere accipit, quod antea ei inhaerebat *L. 15. C. de pignor. et hyp.* inſuper etiam mouebamur auctoritate L. 17. C. de diſtract. pignor. in qua dicitur: *Rei creditor obligatae generali ſiue ſpeciali conuentione (per creditorem alium cui non fuerat nexa) venundatae, non amittit perſecutionem;* nec non L. 2. ff. quae res pignor. in qua dicitur: *Qui generaliter bona creditoris pignori accepit, eo potior eſt cui poſtea vnum praedium ex his bonis datur, quamuis ex caeteris pecuniam ſuam redigere poſſit* tandem etiam auctoritate CARPZOVII *P. 2. Conſt. 23. defin. 12.* Itaque creditori, cui generali hypotheca anterior conſtituta, prioritatem dedimus prae iuniore creditore, cui res ſingularis poſtea demum oppignorata erat. 1

Hoc Facultatis Iuridicae reſponſum graue quibusdam viſum, quoniam ſi omnia bona oppignorata eſſent, id plane ſimile ſit tabernae oppignoratae. Iam vero ei, qui tabernam oppignorauit aut gregem, merces ſingulares aut vnam alteramue ouem vendendi aut oppignorandi ius eſt L. 34. ff. de pignor. et hyp. vbi SCAEVOLA: *Cum tabernam debitor creditori pignori dederit, quaeſitum eſt, vtrum eo facto nihil egerit, an tabernae appellatione merces, quae in ea erant, obligaſſe videatur? et, ſi eas merces per tempora diſtraxerit et alias comparauerit easque in tabernam intulerit et deceſſerit, an omnia quae ibi deprehenduntur creditor hypotheca-* 2

ria actione petere poſſit, cum et mercium Species mutatae ſint et res aliae illatae? Reſpondit: Ea quae mortis (aut coorti concurſus) *tempore, debitoris in taberna inuenta ſunt, pignori obligata fuiſſe videntur* nec non L. 3. C. de ſeruo pig. dat. manumiſ. vbi SEVERVS et ANTONINVS Imperatores inſcripſere: *Ab eo, qui bona ſua pignori obligauit,* QVAE HABET QVAEQVE HABITVRVS ESSET, *poſſe ſeruis libertatem dari certum eſt. Non idem iuris eſt in his ſeruis, qui pignoris iure* SPECIALITER *traditi vel obligati ſunt.* Id multo magis in hypotheca omnium bonorum et iuris quadam vniuerſitate, quae itidem incrementum et decrementum recipit, obtinet. Alias enim id abſurdum conſequeretur, vt ruſticus ille nec oua, nec pullos, nec detritam veſtem vendere potuiſſet. Adeoque ſub tali generali omnium bonorum hypotheca tantum intelliguntur ea, quae tempore ceſſionis bonorum ſupererunt. HOTTOMAN. *Tr. de Pign. lib. 1. cap. 5. n. 3.* Sed et Menſe Aprilis 1773 Quakenburgico iudici in Oſnabrugenſi epiſcopatu ita reſpondimus: Dieweil der Handel und Wandel ganz verſtöret würde, wenn gegentheilige Meynung angenommen werden ſolte

LEYSER. Spec. 224. Med. *6.*

und auſerdem, was in L. 34. D. de pignor. und L. 3. C. de Seruis pignor. manumiſſ. enthalten, noch beſonders in Erwägung kommt, daß, gleich wie bey einer Hypotheca generali, die einer Abnahme und Wachsthums fähig iſt, auch künftige erſt nach der Verſchreibung erlangte Güther, für verpfändet geachtet werden.

L. 1. D. de pign. et hyp. L. 9. §. fin. D. qui pot. in pign. L. *6.* C. quae res pign. oblig. poſſ.

Alſo auch der Aehnlichkeit ſothaner Rechte nichts gemäſer, als daß umgekehrten Fals die algemeine Hypothek an einer Sache erlöſche, wenn der Schuldner, ſo zuvor, ehe er zahlbar zu seyn aufgehört, oder der Hypothekariſche Gläubiger geklaget veräuſert worden.

GAIL. lib. 2. Obſ. 83. num. 5.

3 Haec omnia etſi ſecundum rectae rationis dictamina ſummam aequitatem habeant, nihilominus tamen et in iure Romano *L. 17. C. de diſtract. pign. et L. 2. ff. quae res pignor.* et obſeruantia fori, pariter atque ſententia iuris conſultorum fere vnanimi receptum vt re nondum vſu capta, neque qui res ſingulares ex omni ſubſtantia bonorum oppignorata

gnorata emit, neque ſequens creditor hypothecarius rei ſingularis denuo oppignoratae, ea ſecure fruatur; vnde adſtipulor ei, quam maiores noſtri in collegio ſtatuerunt ſententiae, nempe hic ſpeciem generi non derogare, quod luculentius patet ex hypothecis tacitis, quae generales ſunt, et tamen coorto concurſu inter expreſſas in ſententia locationis ſecundum meram temporis prioritatem collocantur, adeo quidem, vt etiam vxori aut pupillo, aliisque tacita hypotheca praeditis, excuſſo tamen prius tutore aut marito, (*Obſ. LXII.*) actio hypothecaria detur aduerſus emtorem rerum ſingularium quondam tacite oppignoratarum, ſi iſte nondum vſu ceperit.

Authr. Hoc ſi debitor C. de pignor.

adeoque inter generales et ſpeciales hypothecas non tale diſcrimen obtinet, quod inter publicas et priuatas cernitur, ſi quidem regula alias recepta: in toto iure ſpeciem generi derogare in doctrina hypothecarum neutiquam recepta.

LVDOVICI *Concurſ. Proc. cap. 10.*

Vnde ea in hac re difficili ſententia priſtinae maiorum noſtrorum ſententiae non alteri nouaturienti accedit, vt is cui bona omnia generali hypotheca fuerint oppignorata vtique perſecutionem habeat rerum ſingularium alii poſtea oppignoratarum vel venditarum. Eccleſia quaedam Martiano 400 florenas credens eius fundum A. anno 1760 expreſſa hypotheca obligatum ſecuritatis cauſa, acceperat. Idem Martianus alium agrum B. anno 1773. obligauerat Epicuro centum credenti, itidem expreſſa et ſpeciali hypotheca. Cum vſuras Martianus non ſolveret et res eius quotidie in deterius verterentur, eccleſia creditrix fundum A ſibi obligatum haſtae publicae ſubigit. Sed licitatores pauci cum veniſſent non venit pluris quam 250 florenis, vt hac ſubhaſtatione eccleſiae non ſatis fieret. Ergo eadem eccleſia cum et tacitam haberet omnia bona afficientem noua hypothecaria actione agrum B perſequitur, qui licitanti 60 florenos addicitur. Interuenit Epicurus. Reſpondimus 60 florenos non huic ſed eccleſiae exſoluendos eſſe.

OBSERVATIO CCCXXVIII.

Periculum dotis in nominibus conſiſtentis, an ad vxorem pertineat?

Affirmat *L. 30. C. de iure dot.* CARPZOV. *P. 2. Conſtit. 42. defin. 19.* potiſſimum autem *defin. 21.* in qua haec regula limitatur. Hoc intelligo de nominibus, quae ipſi intulit, non de iis quae durante matrimonio maritus elocauit. Nam talia nomina elocat ſuo periculo. HORN Claſſ. 3. Reſp. 3. Item ſi maritus pecuniam dotalem mutuo dederit, periculum penes maritum eſt, wenn er auch gleich die Schuld auf ſie ſchreiben laſſen. Tutelae Germanorum fructuariae proprium vt periculum pertineat ad adminiſtratorem, qui in rebus fungibilibus vxoris etiam iure Romano plenum dominium conſequitur. MENKE *Pand. lib. 23. tit. 3. §. 12.* Adde Obſeruationem meam quae inſcribitur: *Si vxor marito nomina actiua intulerit, quae absque ſua culpa pereant ea poſt vxoris mortem heredibus reſtituere non tenetur. Contra autem ſi haec nomina exegerit et pecuniam inde redactam denuo ſiue ſuo ſiue vxoris nomine aliis mutuo dederit, pereunt marito.*

OBSERVATIO CCCXXIX.

Neque a venditione neque a locatione arrhae diſpendium liberat.

1 Quod in Inſtitutionibus principio tituli de emtione dicitur: *Ita tamen impune eis recedere concedimus, niſi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum, hoc enim ſubſecuto, is, qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emtor, perdit, quod dedit; ſi vero venditor, duplum reſtituere compellitur*, de emtione imperfecta intelligere debemus, alias enim hic locus cum *Lege 6. C. de reſcind. vend.* pugnabit, quae negat perfecto
2 negotio arrhae diſpendium liberare. Quis vero, dixerit hic aliquis, arrhas dederit negotio conſummato. Cui bono? Reſpondeo exemplum habes in deſponſatis, qui perfectis ſponſalibus, a quibus recede-

re

re non licet, ſibi arrhas communicant. *L. 3. C. de ſponſali L. 16. C. de donat. ant. nupt.* Imo et Germaniae moribus herus famulum anciliamue conducturus, perfecto contractu, groſſum ei donat conductitium, quae arrhae ſpecies. Aliud dicendum de arrha poenitentiali dem Reukauf de qua extat Deciſio d. a. 1746.

OBSERVATIO CCCXXX.

Specimen Iurisprudentiae legislatoriae.
De poenarum capitalium crudelitate et vanitate.
Stupra in foeminis non punienda.
Poena carceris et exilii reipublicae eſt damnoſa.

Nunc demum probo et amo, quam in Diſputatione: *Principis cura leges* die 30. Aprilis 1765. publicare auſus ſum, philoſophiam, poſtquam ſapientiſſimum BECCARIAM in libro *de Delictis et poenis* qui anno 1766. germanice verſus eſt, eadem ſenſiſſe cognoui. Res eſt maximi momenti, vnde prius noſtras cogitationes ex illa diſputatione huc transſcribam, deinde Italici iſtius libri, qui in hoc noſtrae diſputationis caput, vberior quaſi quidem commentarius epitomen ſubiiciam: 1

Hoc potiſſimum princeps ciuibus et publicae ſaluti debet, vt quae, fortuitas ob cauſas, quondam crudelius ſtatuere viſum, id ceſſante ſeueritatis cauſa et neceſſitate illa migrante, quantocyus fieri poteſt, emolliat, nec perpetuum eſſe ſinat, quod ratio temporaria, aut ſuperſtitio aut fatua quaedam philoſophia peperit. Generatim vt dicam, neſcio, an gladium iracundius in ſceleratos vibrare, expediat? *) 2
Neque enim poenarum capitalium atrocitas, ſed potius radicitus exci- 3

 ſa

*) Memorabilis SONNENFELSII Obſeruatio: Man hat Beyſpiele, daß die auf ein Laſter geſezte Todesſtrafe, ſelbſt der Bewegungstrieb zum Laſter geworden, und oft die Verzweifelung daſſelbe verübet, nur um eines Lebens loß zu werden, deſſen ſie überdrüßig war.

ſa a prima origine ſua peccandi occaſio homines a criminibus auocat. Nihil frequentius, quam in turba patibulum adſtante, furta committi eo ipſo tempore, quo fur laqueo necatur, eo ipſo inquam tempore, quo omnes ſtatutam furibus poenam, ſatis acerbam, oculis vident; quod non futurum erat, ſi vlla eſſet ſpectaculi huius aut poenarum reverentia. Putant nempe aut perſuadent ſibi ſaltim, illum cruci appenſum improuide egiſſe, et, quoniam vnusquisque pro ingenita ſuae dexteritatis opinione ſperat, ſe hoc melius ne quisquam reſciſcat, effecturum, legem et iudicem ſpernit. Sciunt enim: fures ſuſpendi non propterea, quod furati ſunt, ſed quod improuide nec ſatis caute egerunt. Illum ergo imprudentem rident, ſe autem callidiores carnificis laqueos facile eluſuros eſſe, confidunt. Nemo tamen ita philoſophatur, niſi deſparatae ſortis homuncio, vnde nullo, credite mihi, laqueo nec cruce opus, ſi habeant pauperiores vnde vitam ſuſtentare poſſint. Eſt enim prudentibus longo abhinc tempore ſatis exploratum, furtorum matrem egeſtatem eſſe. Victum ergo per agriculturam aut inſtitutas fabricas, ſi princeps, aut artibus honoratis et aucto commercio populo procuret, rari erunt, qui laquei periculum ſubire malint. Finito nuperrimo bello, quod omnem propemodum Germaniam vaſtauit, cum multa millia militum ſceleratiſſimorum, (nam a peſſimis ſe abdicare placuit) dimitterentur et toti exercitus domum reverti iuberentur, maximus omnes timor inuadebat, fore, vt latronibus et furibus omnia replerentur: At quis in his vicinisque regionibus vel minimum de latrociniis audiuit? Rariores hercle, quam olim, fures, quare? quoniam ſcilicet in depopulatis pagis dimiſſi ab exercitu milites ambabus manibus excipiebantur ab agricolis, quibus ſerui et operarii deerant. Cum ergo occaſio, etiam ſceleratiſſimis hominibus et praedae adſuetis, vitam ſuſtentandi ſe offerret, cur collum laqueo, tergum virgis exponerent? Sic illud veriſſimum claro exemplo proba-
4 tum, fere neminem, niſi fame coactum, furari. Viſitationibus improuiſis, ſi cauponas, vias, ſiluas, eques immiſſus a ſceleratis ſaepius purget, plus, quam poenis effici, non ſubtili cogitatione, ſed rudi experientia didicimus, ex quo tempore mihi firmiter infixa ſententia haeſit: parum prodeſſe capitales poenas, ſed primam mali originem corrigi debere. Eleganter illuſtris VATTEL in ſuis ad WOLFIVM Obſeruationibus: *Le rigeur des peines n'eſt pas toujours le plus ſur moyen d'empecher*,

pecher, que le deſordre et le crime ne faſſent des progres. Souvent on y reuſſit mieux par des peines plus legeres, en y joignant beaucoup de vigilance et un ſoin tout particulier de veiller ſur les moeurs des citoyen, et d'en ecarter tout ce, qui peut les conduire au crime. Vt enim medicus ferro ſecante et igne parum efficit, niſi acrimoniam in imis viſceribus alte abſconditam interne abigat et morbi cauſam tollat, ita nihil laqueum, nihil enſem, nihil culleum ſine morum medicina valere autumo; contra autem abſque omni poenarum terrore furta aliaque crimina facile minui poſſe, ſi ſumtus nimios princeps coerceat, ſi diſſolutos homines labori adſueſcat, ſi victum procuret. Imperitus mihi ille vector, qui, ſi forte equum nactus fuerit retrogradum, non aliud remedium ſciat, quam caedere et ferire. Nempe puerorum eſt, qui circumſtant, hoc rude et inſcitum acclamare: *Feri durius!* Tali conſilio nihil facilius. At nihil proficiunt omnes plagae, etiamſi ad mortem caedas. Adeſt vero peritior, qui melius regere equos didicerit. Hic vbi leue velum obducere oculis aut alium equum praeduci iuſſerit, tunc ſine omni poena placide et ad libitum caballus ſic vitioſus procedet. Ita pariter in republica. In hac enim illud *Feri durius!* adeo diſplicet, vt, ſi crimen perduellionis, incendium, latrocinium excipias, neſciam, an vllum aliud delictum morte puniri conueniat? Plane huic imperito vectori ſimiles illi in purpura et coloratis faſciis excellentiſſimi, quos ego *iuridicos Orbilios* appellare ſoleo, quia vt hi pueris, ſic illi ciuibus crudelitate nocent, cum nihil ea efficiant aliud, quam vt a ſapientibus rideantur, cunctis ſint odio, et intelligentiae paruulae, minutulae ſigna certiſſima prodant. Ego quotiescunque in re dubia mitiorem poenam eligere licuit, eam vel propterea rapui, quoniam ipſe homo eiusque memor ſum. Non pulſa 5
ſolio Ruſſorum Imperatrix ELISABETA et CATHARINA II. quae nunquam gladio animaduerterunt, diuque Romanum ſtetit imperium, licet mortis poenas Quirites tam paucas haberent, vt nullas habuiſſe, videri poſſint; laudante LIVIO, vbi Mettii ſupplicium refert: *Auertere omnes*, inquit, *a tanta foeditate ſpectaculi oculos. Primum vltimumque illud ſupplicium apud Romanos, exempli parum memoris legum humanarum, fuit. In aliis gloriari licet, nulli genti mitiores placuiſſe poenas.* Adulterium mulcta et, cum ſeueriſſime vellent, relegatione damnabant, inceſtum deportatione; de periurio autem et profanitate, ſi quis impia locutus eſſet, non aliud, niſi vt TACITVS refert, hoc edixerunt:

Deo-

Deorum iniurias diis curae eſſe. Nos in quadam ad Principem conſultatione ita diximus: Bey allen übertriebenen Strafgeſezen ſuchet ein jeder Richter und Urthelſprecher, der nicht von aller Menſchlichkeit entfernet, ſo viel Winkel Mittel und Auswege, um den angeſchuldigten zu helfen und die Härte des Geſezes zu umſchiffen als nur möglich; daher nicht zu verwundern, daß alzuhart verpönte Fehltritte öfters noch weniger beſtrafet werden, als ſolche, wo die Strafe dem Verbrechen nach Weisheit angemeſſen. Denn wenn die Strafe in keinem Verhältniß ſtehet, noch der Geſezgeber auf die Natur und menſchliche Schwachheit Rükſicht nimmt, erfindet das Mitleiden mannigfaltig erzwungene Diſtinctionen. Wannenhero ſolche übertriebene Strafen gar nichts helfen, da vielmehr die Erfahrung an die Hand giebet, daß in der Lauſiz und dem Hennebergiſchen nicht mehr Ehebrüche als in den Erblanden begangen werden, da wir gleichwohl Inhalts der Hennebergiſchen Landes Ordnung 8tes Buch 2ter Titel §. 1. den Ehebruch acht Tage lang mit Waſſer und Brode zu ſtrafen pflegen. Die Worte der Hennebergiſchen Landes Ordnung lauten alſo: **Mans oder Weibsperſon, die ohne erhebliche redliche Urſache in ſtehender Ehe aus Mutwillen und Fürſaz mit andern Perſonen unehliche fleiſchliche Werk treibt, ſoll das Brüchige 8 Tage lang mit Waßer und Brod im Gefängniß erhalten werden — Und ſo es zum andern male, 4 Wochen mit Waßer und Brod im Gefängniß erhalten und folgends an das Hals Eiſen geſchlagen auf den Pranger geſtellet und aller ſeiner Ehren entſezet werden.** Non plures tamen in hoc comitatu adulteri quam in Electoratu licet ibi vinum bibatur. Nec ſolum in criminali verum etiam ciuili cauſa nimis durae leges miniſtrorum crudam ſapientiam produnt. Obſeruaui enim in hoc libro ſaepius, per rigorem nimium non aliud effici, quam vt id, quod illi illitterati Dracones quam maxime punire voluerunt, quam minime puniatur, cum miſerationis affectus et iudicis humanitas rimas quaerat, per quas afflictus praeter ius et aequum, elabi poſſit.

6 Sunt etiam aliae duriores poenae, quas abolitas malim, ex male applicatis legibus Moſaicis adeoque ex ſuperſtitione ortae, quoniam olim omnes leges Iudaicae orbi vniuerſo ſcriptae putabantur, cum tamen pleraeque tantum Iudaeis, impuriſſimae et praefracti cordis genti, quam durius habere par erat, ſancitae fuerint. Itaque cum GRIBNER,

NER, BRVCKNER, aliique ſatis demonſtrauerint, nondum eſſe proditas iuris diuini vniuerſaliter poſitiui certas quasdam et indubitatas notas, ſed ſigna illa vniuerſalitatis ſaepius fallere, (vide ſupra Obſeru. XCIII.) ex eo tempore multas, quae olim morales credebantur, Moſaicas leges, nunc forenſes putamus. Ergo caueat ſibi princeps ne ſuae leges iudaizent.

DRACONIS praecepta fere ſanguine ſcripta eam ipſam ob cauſam, quod ſaeuiora eſſent et culpas minores morte multarent, aeta- 7
tem non tulerunt, nec iis aliud ipſe meruit, niſi vt, qui capita tot ciuium ſuis ſanguinolentis tabulis necauerat, in theatro ab Aeginenſibus, quaſi aduentum ſuum gratulantibus, petaſorum coniectu opprimeretur. Digna crudeli legislatore gratulatio! SOLONIS contra diuturniores leges, quod placidiores. Ergo

— — — — adſit
Regula peccatis, quae poenas irroget aequas.
Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Velim in legibus ferendis, ne medicina modum excedat, imbecillitatis
humanae rationem haberi et ſemper cauſas, quare olim rigidius animad- 8
verſum ſit? inquiri. Alias enim nocent ſeueritate imperantes, cum prodeſſe ſtudent. Ergo ſi princeps animaduertat priſtino rigore, quem ſuperiora tempora certas ob cauſas forte exigebant, iam nihil amplius opus eſſe, peccat profecto et conſcientiam ſibi grauem efficit, ſi non quantocyus tollat legesque temporarias ſinat eſſe perpetuas. Quis,
praeterquam ſacrificulos, non applauſit, cum eccleſiaſticae cenſurae 9
in ſtupro abolerentur? qua quidem poenitentia in coetu publica non aliud efficiebatur, quam vt ignominiae vitandae cauſa, quaſi prae pudore, partum ſtupratae necarent. Sed quae remanſit in hoc delicto quatuordecim dierum non alternabilis poena, vtinam cum ipſa hac ignominia eccleſiaſtica migraſſet! Omnibus edictum regis Boruſſorum die 8. Februar. 1765. publicatum ſapientibus placuit: Damit endlich, haec verba regis ſunt, die in Unehren ſchwanger gewordene Weibsperſonen um ſo viel weniger Bedenken finden mögen, ihre Schwangerſchaft bekant werden zu laſſen, ſo ſollen, um ein größeres Uebel zu vermeiden, von nun an alle Huren Strafen, von welcher Gattung und Art ſie ſeyn mögen, abgeſchaffet ſeyn, und dergleichen Weibesleute ihres begangenen Fehltrits halber, zu

keiner Strafe ferner gezogen, auch ihnen nicht der geringſte Vorwurf deshalb oder einige Schande gemachet werden. Certe hic naturalis pudor et matrum diſciplina plus quam poena ciuilis, efficiunt. Nec vero ciuitas laeditur. Quomodo enim ſupplicio digna videri poſſit, quae rempublicam ciue locupletauit, aut cui bono poena, quae neminem emendat? Nempe deſidioſae ſedent in carcere, nec aliud in eo diſcunt, quam otio aſſueſcere. Neſcio, an recte rationes ſubduxerim, ſed deliberato animo ſaepe mecum cogitaui: non debere principem peccata punire, quae ipſe Deus et natura in continenti vindicat, ſed ea tantum, quae naturaliter poena certa non inſequitur. Nullum autem ex omnibus crimen noui, quod magis ipſa natura coerceat, quam ſtuprum. Non hic poena lento gradu venit, ſed illico laſciuas omnium oculis ipſa graviditas exponit, praeterea partus dolor, ira parentum et familiae, alendi neceſſitas et ipſa paupertas abſque omni ciuili poena ſatis premit,
10 quod in alio crimine ita non accidit. Has ergo miſeras et per ſe infelices inſuper carceribus includamus, carceribus inquam, qui non tam ſontibus, quam iudici et conuicanis graues; carceribus inquam, qui deſidioſos efficiunt homines et per illud tempus ſaltim, quo includuntur, reipublicae plane inutiles; quam ob cauſam neſcio profecto, anne ad praecauenda parricidia conſultius videatur, hanc quoque poenam ſtupratis remittere. Quae contra ſtupri frequentiam Süsmilchius, theologus nempe, in libro Götliche Ordnung inſcripto Tom. 1. p. 457. diſputat, nullius ſunt momenti, quoniam omnia eius argumenta tantum meretrices in lupanaribus publice ſe proſtituentes, non autem ſtupra perſonarum alias honeſte viuentium attinet. Nec tamen repugno, ſi in hoc delicto maſculi, apud quos plerumque maior culpa, grauius coerceantur. Nam horum ſceleratis fraudibus etiam honeſtiſſimae foeminae, quarum animus aetate, conſilio et ratione non ita, quam virorum, firmatus facile capi ſe et depravari patiuntur. Attamen alia velim quam carceris poena. Mulctentur ſoli tamen maſculiounteſima parte bonorum; adulteri decima, inter principem et magiſtratum diuidenda.

Neque enim in ſtupro tantum, ſed generatim in omni delicto carceres contineant ſceleratos, non puniant, vt ſapientiſſime Romani in *L. 8. §. 9. ff. de poenis* iudicarunt, vbi VLPIANVS: *Solent praeſides*

in

in carcere continendos damnare aut, *vt in vinculis contineantur. Sed id facere eos non oportet. Carcer enim ad continendos homines*, *non ad puniendos haberi debet.* Corrumpit carcer mores, non emendat; vinciuntur manus, quae laborare poterant; ſubtrahitur, ad tempus ſaltim, reipublicae operarius. Opportunum foret adiecto calculo demonſtrare, quantum quotannis respublica per carceris poenam operarum perdat, quantum laboris pereat, quid lucrari publico potuiſſent, qui in carcere per omnes prouincias poenae cauſa in vinculis detinentur. Immanis haec ſumma argenti. Sed hanc calculatoribus relinquo, qui id omne facile computauerint, ſi iis detur in omnibus iudiciis per ſingulos annos numerus captiuorum. De exilii hac inepta poena ita SONNENFELSIVS: Hat der Verwieſene kein Vermögen, ſo hat er nichts verlohren, und wo iſt alſo das abſchrekende Uebel? Hat er aber Vermögen, ſo lieget das Uebel nicht in der Verweiſung, ſondern dem Verluſte des Vermögens. Sie iſt auch dem Entzweke der künftigen Beſſerung ganz entgegen, geſezt aber, ſie könte zur Beßerung beytragen, ſo iſt der Nuzen nicht für den verweiſenden Staat, deſſen Bürger er zu ſeyn aufhöret, und der allemal ein Glied verlohren hat.

Vtcunque autem, quae non continent, ſed puniunt, vincula di- 11
ſpliceant, multo tamen magis in caeteris leuioribus delictis Exilii, ſeu vt rectius dictam, Relegationis poena patriae exitioſa. Inuitare princeps homines debet in prouinciam, non abigere. Vnde ad triremes, ad opus publicum, ad metalla, ad alios leuiores labores rectius damnantur. Nec audio, ſi obiicias: publica ergaſtula tot ſceleratos non capere, eaque ſine immodicis impenſis exſtrui non poſſe, aut ſuſtineri. Nam ſi omnia recte et commode inſtituantur, haec, quae dixi, ergaſtula putauerim etiam lucroſa principi futura. Sunto autem ſumtuoſa, tamen illa adeo neceſſaria, vt ſi non ſufficiant quae habemus, plura condenda videantur. Anne nihil princeps ex officio? Putida autem membra aliquis dixerit, per relegationem ſano a corpore praecidenda eſſe,

Ne pars ſincera trahatur.

Ita quidem medici, qui tamen, quod probe notes, nunquam amputant, nunquam ferro vtuntur nec igne, ſi deprauatos humores deriuare liceat in brachium, aut pedem, aut aliam corporis partem, vbi parum nocere poſſint. Quid vero opus publicum et ergaſtula aliud,

 quam

quam ſcelerati ſanguinis in aptum locum deriuatio. Proſcribatur ergo pernicioſa reipublicae proſcriptionis poena, quae caput e ciuitate tollit, et ipſa relegatio exulet. Iniqua enim, quia non corrigit, ſed deprauat. Nam ſi relegatus ope, amicis, pecunia orbatus ac fere nudus ſic aliam iubeatur prouinciam inire, quid quaeſo ei ſupereſt, quam vt primo ſtatim die, quaſi iudice ita iubente, ſe ſceleratis aſſociet, et ex leuiori fure iam latro et incendiarius fiat. Habet et aliud ſecum relegatio incommodum, quod in edicto quodam Boruſſico his verbis indicatur: Weil Wir eines Theils nicht gerne ſehen, daß unſere Unterthanen, welche ſonſt ein gutes Leben geführet, oder wobey noch Hofnung zur Beſſerung iſt, aus Unſern Landen verjaget werden, andern Theils auch bedenklich iſt, incorrigible Leute denen Benachbarten zuzuſchiken; als haben die Urthels Verfaſſer, an ſtat der Landes Verweiſung, etwa auf eine geſchärfte Arbeit, oder andere dem Delicto proportionirliche Strafe zu erkennen. Accedit haec quoque maxima incommoditas, vt, ſi in Luſatia hominem proprium relegemus, non ille, ſed dominus, nempe nobilis, puniatur, vtpote cui ſubditus ſubtrahitur; quam ob rem non ſemel animaduerti in litteris, quibus acta inquiſitionalia ad collegium iurisconſultorum mittuntur, Luſatiae iudices ſedulo rogaſſe, vt, quantum liceret, ab exilii poena in pronunciando abſtineremus. Adde quod Luſatiam multi Venedi inhabitant, qui propter ignorantiam germanicae Linguae extra patriam ne quidem commorari poſſunt.

12 Huc vſque locus ex illa noſtra publica diſputatione; nunc etiam Italum audiamus ex meliori luto a Titane formatum: Die Grauſamkeit der Strafen giebt Anlaß, daß man alles unternimt, ſich derſelben zu entziehen, und mehr Verbrechen begehet, um die Beſtrafung eines einzigen zu vermeiden. — — Nach eben der Maaſe wie die Strafen grauſamer werden, verhärten ſich auch die Seelen, indem ſie ſich mit der Grauſamkeit der Geſeze, ſo zu ſagen, in eine Gleichheit ſezen, und die allezeit lebhafte Macht der Leidenſchaften bringet es dahin, daß das Rad in einer Zeit von hundert Jahren keinen ſtärkern Eindruk macht, als ehedem das Gefängniß — — hingegen nach eben dem Maaſe, wie im geſelſchaftlichen Leben die Gemüthsart ſanfter wird, ſo nimt auch die Empfindlichkeit jedes einzeln Mitgliedes zu, und dieſe Zunahme machet es nothwendig, daß man die Schärfe der Strafen verringere, wenn man anders einerley Verhältniß zwiſchen dem Gegenſtande

ſtande und der Empfindung zu erhalten beflieſſen iſt. — — Wenn nicht die
Erfahrung aller Zeiten bewieſe, daß die Todesſtrafe entſchloſſenen Leuten nie-
mals hinderlich geweſen, der Geſelſchaft Schaden zu thun, wenn das Bey-
ſpiel der Römer, wenn die zwanzigjährige Regierung der Rußiſchen Kayſe-
rin Eliſabeth, die denen Vätern der Völker ein Beyſpiel gegeben, (welches
rühmlicher iſt, als alle glänzende Eroberungen,) wenn dieſes alles, ſage ich,
die Menſchen, welchen die Sprache der Vernunft immer verdächtig iſt, und
die ſich vielmehr durch das Anſehen hinreiſſen laſſen, nicht überzeugen könte,
ſo würde es genug ſeyn, die menſchliche Natur zu Rathe zu ziehen. Nicht 13
die Heftigkeit der Strafe wirket am ſtärkſten auf das menſchliche Gemüthe,
ſondern die Dauer. Das Schreken, welches die Vorſtellung des Todes ver-
urſachet, mag immerhin ſtark ſeyn, es kann dennoch der natürlichen Vergeſ-
ſenheit des Menſchen, auch nicht einmal in denen wichtigſten Dingen, und
beſonders wenn dieſe Vergeſſenheit durch Leidenſchaften unterſtüzet wird, Wi-
derſtand thun. Algemeine Regel. Heftige Eindrüke überraſchen und rüh-
ren, aber ihre Wirkung dauret nicht lange. Darum iſt Verluſt der Freyheit,
da ein Menſch in einem Zuchthauſe oder Feſtungsbaue gleichſam ein dienſtba-
res Thier wird, der Todesſtrafe vorzuziehen.

Wer hat die harten Geſeze gegeben? Reiche und Mächtige, die nie- 14
mals einen Fuß in die Hütte des Armen geſezet, niemals geſehen haben, wie
er ein Stük verſchimmeltes Brod unter ſeine hungrige Kinder austhei-
let. — — Es komt mir ungereimt vor, daß die Geſeze, welche doch nichts
anders ſind, als eine Bekantmachung des Willens aller Mitglieder eines
Staates, welcher den Todſchlag verabſcheuet und ſtrafet, ſelbſt einen Tod-
ſchlag begehen, und einen öffentlichen Mord anbefehlen, um die Bürger
vom Tode abzuſchreken. — — Faſt alle Völker haben Menſchen denen 15
Göttern geopfert, bis daß vielleicht ein einziger Weiſer zum Erſtaunen des
dummen Pöbels, zuerſt die Thorheit mit Lebensgefahr vorzutragen, ſich er-
kühnte. — — Die Samlung der peinlichen Geſeze hat mit allen Fehlern, 16
womit ſie angefüllet iſt, das Alterthum und die Poſaune einer ungeheuren
Menge nur ins Grobe denkender Rechtsgelehrten, Zeithero noch erhalten,
vor allen aber der nichts bedeutende Beyfal derer Halbgelehrten, dieſes ſchmei-
chelnden und kriechenden Geſchlechtes. — —

Wenn man denjenigen, ſo einen Hirſch oder Phaſan tödet, oder eine 17
Art von unordentlicher Vermiſchung begongen, einerley Strafe mit demjeni-

gen zuerkennet, der auf der Straße einen Menſchen Raubens halber getödet, ſo werden die Bürger zwiſchen dieſen Verbrechen, zwiſchen dem wahren und falſchen, dem kleinen und größern in kurzer Zeit keinen Unterſcheid weiter machen. — — Alle übertriebene Geſeze haben keine Dauer. Sie ſind ein immerwährendes Andenken; ich wil nicht ſagen der Grauſamkeit, ſondern der Dumheit eines Geſezgebers oder vielmehr ſeiner Räthe. Harte Gemüther ſind eben ſo ſchlechte Richter, als ſie vortrefliche Henker abgeben würden, wenn ſie in dieſem Stande gebohren wären. — — Der Gegenſtand meiner Arbeit iſt, daß man aus einem Staate kein Gefängniß machen müſſe. — — Hurerey und Ehebruch entſtehen aus dem Misbrauche eines immerwährenden Bedürfniſſes, das der menſchlichen Natur algemein iſt, eines Bedürfniſſes, das ehe war, als die Geſelſchaft, wozu es ſogar den Grund
18 geleget hat. — — Es giebt eine gewiſſe Art der Sittenlehrer, ſo auf die Wirkungen ſchmälet, und denen Urſachen vergiebet, eine gewiſſe Tyranney, die alle Laſter vergrößert, welche ſich nicht mit dem Mantel der Tugend und dem Namen der Gottesfurcht bedeken laſſen. — — Man kan keine Strafe gerecht, oder, welches einerley iſt, nothwendig nennen, ſo lange das Geſeze nicht um denſelben vorzubeugen, alle Mühe vorher angewendet. Huc vſque liber de Delictis et poenis italice ſcriptus, nunc autem in omnes fere linguas transfuſus, cuius auctorem nouimus eſſe Marchionem DE BECCARIA, Mediolanum: qui excuſſo ſuperſtitionis et praeconceptarum opinionum, tam ſuaui caeteris, iugo, in hac materia primus inter ſuos ſapere auſus eſt. Nos inferius Obſ. DXIX. de legislatoria iurisprudentia ex profeſſo agemus. In praeſenti enim nihil niſi haec paucula addimus: ſtulti ſunt legislatores, ſtulti philoſophi, qui imbecillitatis humanae non rationem habent et hominem alium facere cupiunt, quam deus creauit, et transformare in ſilicem, ſpiritum, deum, aut ſaluis teſticulis eunuchum, aut ſine pennis volucrem. Stulti, qui exigunt, vt ſenſus eiurentur, qui cogunt vt ciues ſemet ipſos deferant, quod contra naturam eſt, qui impoſſibiles leges ferunt (*Obſ. CCCCXXXIX. n. DV. n.* et vt atra ament ciues alba oderint iubent, qui vt ad fidem cogant aut etiam ad media fidei ſuae curae ciuium ſalutem aeternam commiſſam putant aut diuina miſcendo humanis in republica gerenda augures et haruſpices conſulant, qui libertati ciuium vbi cauſa non eſt, frena iniiciunt, (*Obſ. DXIX. n. 9. CCCLX.*) qui turpitudines a delicto non diſtingunt (*Obſ. CCCCXLI.*)

et

et peccatillum grauius puniunt ſcelere, ſciat ſe puerum eſſe in legislatione princeps aut principis miniſter, ſi putet poenarum duritie ſe mederi malis poſſe. Habent leges durae praeter ridendi materiam etiam hoc in ſe incommodum, vt ſtatim atque emanarunt, perforentur et ipſe princeps qui ſcripſit, cum ad poenae crudelis executionem perueniatur, tanquam Phryx ſero ſapiat et aggratiandi neceſſitatem agnoſcat, vt ſic tales leges vix natae moriantur. Sed et dicaſteria horrent et emolliunt ne cum furioſis furere videantur. Ita iubeo leges ſcribi, vt ciues eas ſponte ament, volentes retineant, magni faciant. Sed quomodo iniuſtas ament aut ridiculas venerentur? Sic poenas aequas et mites praefero immanibus, ne animi abalienentur et indureſcant corda ciuium, quod eheu per noſtras leges iam eueniſſe, obſeruatum eſt. Sane plus apud Romanos cenſores efficiebant, ſi equum adimerent, aut ſenatu mouerent aut minuerent cenſum, aut in Ceritum tabulas redigerent, quam ſi gladio minantur hodie et virgis ſanguinolentis noſtrae leges. Indignamur ſi aliquam videmus inepte trucidari et deteſtamur crudelem ſine cerebro, ſine vlla hominis cognitione et rerum notitia legiſabrum. Caueant praeterea principes ne leges ſuae inuidiam ſpirent, ne nobilibus permittant quod interdicunt ruſticis, ne inferiores odiſſe videantur, ſed aequalitatem ſeruent et praeter modum ordines non diſtinguant. Vt vno verbo dicam Romanos noſter legislator imitetur, non quales cadente imperio, ſed quales antea fuerunt.

OBSERVATIO CCCXXXI.

Steuergeld *non illud eſt, quod in Steura accipitur, ſed quod ſecundum normam, quam pedem Lipſienſem vocant, excuſa eſt.*

Hoc comprobant rationes a Suprema Curia Prouinciali latae menſe Decembr. 1766. quas adſcribimus: Dieweil, wenn man von dem allergnädigſten am 14ten May 1763. ergangenen Münz Edicte, worinnen der Conventionsfuß eingeführet, zurüke gehet, wegen der Münze kein neueres Geſeze in hieſigen Landen, als das zu Warſchau am 9ten Julii 1732. 1
gege-

gegebene, befindlich; alſo dieſes in gegenwärtigem Falle und bey einem vor dem eingeführten conventionsmäßigem Münzfuße geſchloſſenen Handel lediglich zur Richtſchnur angenommen werden muß, und aber in deſſen 6ten Hpho, daß Steuergeld nur ſolches zu nennen ſey, welches nach dem Leipziger Fuße ausgepräget worden, verordnet, mithin wenn auch gleich ein Landesherr etwa eine geringhaltigere Scheidemünze ſchlagen, und ſolche in öffentlichen Caſſen annehmen läſſet, hierdurch ein algemeines Geſeze für abgeändert nicht zu achten, immaſen die höchſte Landesobrigkeit durch das, was ſie ipſo facto gethan, zwar denen öffentlichen Caſſen, nicht aber privat-Perſonen, welche ſich bloß nach denen Geſezen zu richten haben, Eintrag thut, wannenhero nicht folget, daß weil 1750. geringhaltigere Groſchen, ſo neuerlich auf 10. Pf. abgewürdert, geſchlagen, und ſolche nebſt denen alten bey Abentrichtung derer Abgaben im gleichen Werthe angenommen worden, deswegen eine dergleichen ſchlechter ausgeprägte Scheidemünze im eigentlichen Verſtande Steuergeld zu nennen ſey, weil man auch höchſtgeringhaltige Achtgroſchenſtüken, ſo niemand für Steuergeld erkennen wird, zur Zeit des Krieges in öffentlichen
2 Caſſen unweigerlich angenommen; Anbey wenn auch ſchon dieſe auf 10. Pf. heruntergeſezte Groſchen, wie doch aus nur gedachten Urſachen keinesweges zugeſtanden werden kan, für Steuergroſchen zu halten wären, dennoch in gegenwärtigem Falle Appellat, als Käufer, nicht Steuergroſchen ſchlechthin, ſondern gute Steuergroſchen zu zahlen ſich anheiſchig gemachet, welches Beywort nicht für vergeblich anzuſehen, ſondern nothwendig ſeinen beſondern Sin und Bedeutung haben muß, woraus folget, daß weil im 1760. Jahre, da der Kauf geſchloſſen worden, nur zweyerley Steuergroſchen gangbar geweſen, nehmlich die alten, ſo nach dem Leipziger Fuße ausgepräget, und zum andern die geringhaltigen, welche, wie gedacht, neuerlich auf 10. Pf. herabgeſezet worden, unter guten Steuergroſchen nothwendig erſtere zu verſtehen; wannenhero, da ſolche Auslegung nicht zweifelhaft, die Regel: daß in zwei-
3 felhaften Fällen die Auslegung zu des Käufers Vortheil und wider den Verkäufer zu machen ſey, nicht Plaz findet, alſo was die zukünftigen Termine betrift, es wiederum auf das erſtere in der Juriſten Facultät zu Leipzig geſprochene Urthel geſezt werden müſſen; So iſt ꝛc. Diſſentit WERNHER *Tom. 3. pag. 56. Obſ. 60.*

OBSER-

OBSERVATIO CCCXXXII.

Ob cimices conductum conclaue deſeri poteſt. Famulis aegrotantibus victus et merces debetur.

Si re conducta vti non poſſis, vt, ſi vicinus lumina obſcuret, deſe- 1
res locationem. *L. 25. §. 2. ff. locat.* Item ſi tabulata cimicibus
plena, qui nocte te infeſtent, tuamque ſuppellectilem impraegnent.
Nam ſi ſpectra iuſtam diſcedendi cauſam praebere viſa ſunt, nonne et
cimices, quos plerisque magis, quam infernales illas quae atauorum ae-
tate regnabant, laruas metuunt. Debuiſſet igitur in tali bonae fidei
contractu locator latens hoc rei locatae vitium indicare. Porro ſi
peſtilentialia prata deſerere conductori licet, cur non parietes cimicum
familia viuas?

Cum itaque ob interceptum rei conductae vſum nondum finito 2
tempore contractus diſſoluatur, videri poterat, ſi morbo ancilla famu-
lusue inutiles fiant, eos illico expellendi hero poteſtatem eſſe. Nego
tamen hoc, quoniam a rerum ad operarum locationem non vbique argu-
mentum commode procedit. Abhorret ab adeo dira ſententia ipſa hu-
manitas. Sane liberto inopi ſi denegauerit alimenta patronus, excide-
bat iure patronatus. *L. 5. §. 1. ff. de iure patron.* Immo ipſe ſeruus
ſine manumiſſione ad libertatem perueniebat, quem pro derelicto do-
minus ob grauem infirmitatem habuiſſet. *L. 2. ff. qui ſine manumiſſ.
ad libert. peruen.* Ita ethnici. Sed apud nos nuper pietate ſua admo- 3
dum clarus in villa quadam ſacerdos chriſtianus, cum famulus merce-
dem peteret, hanc denegabat, quod fere per omne tempus hero ob
morbum fortuitum inutilis fuiſſet. Cum autem ipſe ſacerdos forte
fortuna ſex menſes circiter antea aegrotaſſet, ſcite et eleganter famuli
aduocatus eum ad capitulum *1. X. de clerico aegrot.* adducebat, quod
clerico aduerſa valetudine impedito omnes beneficii fructus attribuit,
ſed et illud Chriſti ipſi occinebat: quod tibi non vis fieri, alteri ne fe-
ceris, quo cum praetoris edictum conuenit, vt, quod quisque de ſe
iuris ſtatuit, ipſe eodem vtatur. Mihi morbi infortunium non pro-
prium ſerui ſed commune eſſe videtur vt ſimul et locatoris fatalitas dici

poſſit. Adde *L. 4. §. 5. ff. de ſtat. lib.* vbi Paulus hoc modo philoſophatur; *Stichus ſi heredi meo anno ſeruierit liber eſto: et ſi quibusdam diebus valetudo impedimento fuerit, quo minus ſeruiat, et hi anno imputandi ſunt. Seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus aegros, qui cupientes ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur.* At medicamentorum ad expenſas officio humanitatis imperfecto herus adſtringitur, nequaquam ciuili.

OBSERVATIO CCCXXXIII.

Witben Pelz. *Viduae illata repetenti veſtes tamen lugubres debentur.*

1 Id non ſolum in Saxonia, ſed more Germaniae vniuerſali introductum, vt non viduae ſolum, ſed eius familiae quoque, nempe ancillae, famulo, ſi hoc leges ſumtuariae non prohibeant, immo filiae viduae naturali veſtes lugubres, völlige Trauer debeantur, etiamſi illata repetat NETTELBLADT *de vidua nobil. Mecklenburg. §. 24.* adeo vt etiam vidua, pretium non acceptarum veſtium lugubrium, petere poſſit in concurſu creditorum poſt mortem mariti coortum. CARPZ. *P. I.*
2 *Conſtit. 28. defin. 41.* Neque tamen hic iura ſunt reciproca, ſiquidem maritus ſimile petere nequit. De veſtibus lugubribus liberorum ex maſſa hereditatis communi depromendis, vide infra *Obſ. CCCCXXXVIII. ſ. v.* Trauerkleider.

OBSERVATIO CCCXXXIV.

Exoneratio Conſcientiae in cauſis minutis non obtinet.

Etenim Ordinatio Proc. Sax. tit. 19. eam tantum admittit in Probatione, vt obueniens illic verbum Beweiß ſatis denotat, vnde, etiamſi in continenti documenta et teſtes producantur, tamen iusiurandum ei a quo petitur delatum praeſtandum eſt.

OBSERVATIO CCCXXXV.

Tutori tranſigere et compromittere licet.

Tutor ſuper proceſſu tranſigens non opus habet decreto, ſi tamen tale vltro petat non iudex proceſſus ſed iudex domicilii aut rei ſitae dabit.

Tutoris transactio, qua res minorum mobiles, ſi tamen ſeruando ſeruari poſſint, alienat, nulla eſt ſine decreto magiſtratus, ſi ſcilicet, vt iam diximus, bona haec mobilia tali transactione manu ſua dimittat et ſic alienat. *L. 22. C. de adminiſtrat. tut.* nec locum habet 1
vlla reſtitutio in integrum. Contra vero, ſi immobiles transactione tutores ſeruauerint et aduerſarium data pecunia placauerint, etiam ſine decreto valebit transactio, nec nulla dici poteſt, ſalua tamen reſtitutione in integrum. *L. 54. §. 5. L. 56. §. 4. ff. de furt.* Nec obſtat *L. 46. §. vlt. ff. de adminiſtr. et L. 22. C. de pact.* quoniam, ne liceat transigere tutoribus hae leges non perhibent, ſed tantum laeſis reſtitutionem permittunt, BERGER *Oecon. Iur. lib. 4. tit. 34. theſ. 2. princip.* GAIL. *lib. 2. Obſ. 72.* quam ego reſtitutionem in integrum vix vnquam concedo, et vbi conceditur inanis fere eſt, propter difficultatem probandae laeſionis. Nempe facilius aliquid remittitur, quam alienatur. Remiſſio quidem certi iuris donatio eſt, incerti iuris non aeque. *Vide ſupra Obſ. XI.* 2

Certe ſi velimus ob transactiones initas tutoribus negotium faceſſere, illi, vt periculum euitent, omnes etiam iniuſtiſſimas pupilli petitiones cum ſummo patrimonii diſpendio ad extremum perducent, vt ſic prohibitio transactionis damnum pupillis ingens pariat. Contra vero ſalutari transactione lucrari poſſunt pupilli, nihil amittere, quoniam ſemper iis reſtitutio ſalua. Nonne in tribunalibus fieri quotidie videmus vt tutores ſiue agant ſiue excipiant ſuper lite in die amicabilis compoſitionis transigant? Tunc nullo decreto opus. 3

Erit autem tutor transigens vel compromittens eo magis ſecurus, quo difficilior eſt probatio laeſionis, per transactionem incerti iuris enatae, 4

tae. Quomodo quaeſo pupillus hanc demonſtrauerit? Caeterum quod ſupra dixi: Non ita tutori transigere licere, vt rem immobilem ſine magiſtratus decreto dimittat, exceptionem patitur, in iurisiurandi delatione, qua tutores etiam in lite ſuper fundo pupillari quotidie videmus vti non impetrato iudicis decreto. Nonne vero iurisiurandi de-
5 latio transactionibus annumeratur? Si igitur transactiones permiſſae, etiam in arbitrum compromittere tutori licebit, quia compromiſſum transactionis ſpecies.

OBSERVATIO CCCXXXVI.

Socii tabernae etiam vltra ſortem ſocietati illatam, creditoribus tenentur in ſolidum.

Si tamen non ſocietatis nomine ſed ſuo proprio contraxerint, alter ſocius haud tenetur.

1 Callidus mercator, ſed iam obaeratus, adoleſcentem diuitem ſub ſpe maximi lucri in ſocietatem allexerat, vt decem millia imperialium negotiationi inferret. Haec ſocietas conturbabatur. Conſulebat ille diues, an vltra ſortem ſuam decem mille thalerorum creditoribus ſocietatis ſatisfacere et ſoluere debita ex propriis bonis teneretur? Reſpondi: teneri, quoniam quantam quisque partem lucri et damni habeat, quantumque intulerit ſocietati, iure ignorat extraneus, ſi quidem quod inter ſocios actum eſt, nihil praeiudicare aut obeſſe poteſt tertio. Tametſi enim facile pateat, diuitem illum adoleſcentem fraude illaqueatum et dolo malo deceptum eſſe, promta tamen et facilis ad haec reſponſio; Creditores in dolo non fuiſſe. Nec lamentationes audio, hac ratione ſibi maximum damnum inferri. Debuit enim eſſe gnarus ho-
2 minis, cum quo ſocietatem iniit. Cur ſibi non melius proſpexit? Neſcio an admittenda ſit exceptio in vniuerſitatibus, vbi inter conciues talis nexus non eſt, qualis inter ſocios, vt quod ciuitas debet, videri poſſit a ciuibus non deberi. In hanc ſententiam Menſe Ianuario 1767. reſpondimus:

Hat Sigismund dem Handwerke derer Wollen Zeug- und Raſchmacher, zu einer Montur-lieferung, welche dieſes Handwerk unternommen tauſend Thaler gegen einen Wechſelbrief dargeliehen, ſo folgendergeſtalt unterſchrieben worden: **Das Handwerk der Zeug und Raſchmacher, Johann; Gotfried; George; Johann 2c. allerſeits Ober- und Handwerksmeiſter,** in welcher Urkunde alle für einen und einer für alle im **Nahmen des Handwerks** gelobet an Sigismunden die obgedachte Summe auf Oſtern 1756. zu bezahlen, weil aber das Handwerk immer um Nachſicht gebethen und der Wechſel mitlerweile verjährt, ſo hat ſogar neuerlich daſſelbe dem Gläubiger zu wiſſen gethan: wo er nicht einen Erlaß thun und 66. für hundert nehmen würde, die Zunft ſich nach dem Banquerutirer Mandate anzugeben ſich genöthiget ſähe, weil ihre gemeinſchaftlichen Güther zu einen mehrern nicht hinreicheten, wannenhero: Ob das Handwerk der Raſchmacher Sigismunden zu Annehmung eines Accords nöthigen könne, oder ob nicht vielmehr ſämtliche noch lebende Meiſter einer für alle und alle für einen aus ihrem eigenen Vermögen die Schuld zu bezahlen verbunden? zu wiſſen begehrt wird. 3

Ob nun wohl einiger Rechtsgelehrten Meynung nach, auch unter Handlungs Genoßen, die rechtliche Wohlthat der Theilung und Vorausklage ſtat findet, 4

WERNHER *P. 4. Obſ. 16.*

und zu deſſen Behuf *L. 82. D. pro ſocio* folgenden Inhalts angeführet wird: Iure ſocietatis per ſocium aere alieno ſocius non obligatur, niſi in communem arcam pecuniae verſae ſint, alſo es das Anſehen gewinnen könnte, als ob das Handwerk hier als ein Ganzes dergeſtalt betrachtet werden müſſe, daß deren Mitglieder für ihre eigene Perſon in keiner Verbindlichkeit ſtünden, ſondern nur die gemeinen Güther des Handwerks zur Bezahlung von dem Gläubiger angegriffen werden könten, und ſolches ſich einigermaſen aus denen Geſezen:

§. 8. Inſtit. de ſociet. L. 65. §. 1. ff pro ſocio. 5

ſchlieſen lieſe, alwo daß ſo bald einer von der Geſellſchaft bonis cediret, ſich die Geſellſchaft zerſchlage, zu erſehen iſt; übrigens auch eine Gemeinde beneficium ceſſionis bonorum ſowohl als Competentiae genieſet, BERGER

Oec. Iur. lib. 4. tit. 29. th. 5. et in Elect. Diſc. For. P. I. Suppl. tit. 30. p. 377. RIVINVS *tit. 41. Enunc. 20.* auch nichts zur Sache beyzutragen ſcheinet, daß die Meiſter ſich Man für Man unterſchrieben, weil ſolches nur im **Nahmen des Handwerks**, wie die ausdrückliche Unterſchrift lautet, geſchehen, folglich es alzu hart ſcheinen dürfte, wenn man die Obliegenheit ſothane Schuld zu tilgen, auf die unterſchriebenen Perſonen und deren Vermögen erſtrecken wolte, ſintemalen nach klarem Ausſpruche *Legis 7. §. 1. D. quod cuiuscunque vniu. nom.* quod vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur; nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent, deſſen Billigkeit CARPZOV *P. 2. Conſt. 6. def. 24.* weitläuftiger ausgeführet, wozu noch kommet, daß ob eine Gemeinde, als eine bloße moraliſche Perſon einen Wechſel ausſtellen könne? gezweifelt werden dürfte, und wenn man ſchon auf die Unterſchrift der einzeln Mitglieder ſehen wolle, doch ſatſam bekant, daß die bloßen Worte: alle für einen und einer für alle, wo nicht die Ausſteller der Handſchrift zugleich der rechtlichen Wohlthat der Theilung ausdrücklich ſich begeben, nicht die Wirkung haben, daß einer allein das Ganze bezahlen müſſe,

Nouell. 99. BERGER *P. I. Reſp. 277. num. 5.*

obwohl ſonſt in Wechſeln, ſo mehrere ausgeſtellet, dem Gläubiger freyſteht, und einen jeglichen Schuldner auf die ganze Forderung zu belangen, nichts deſtoweniger dieſes alhier wegzufallen ſcheint, weil der Wechſel verjähret, und dadurch in eine ſchlechte Schuld Verſchreibung verwandelt worden iſt.

6 **Dennoch aber und dieweil** die Meiſter des Handwerkes Gewinſtes willen zuſammen in eine Handlungs Geſelſchaft getreten, und ſogar diejenigen Rechtsgelehrten, welche nach ihrer beſondern Meynung, auch ſonſt denen Sociis das beneficium diuiſionis zugeſtehen, doch bey Kauf und Handlungs Geſelſchaften eine Ausnahme machen, und daß wenn man in eine Maskopey Geld hergeliehen, auch dasjenige Mitglied der Geſelſchaft, ſo nur einen gewiſſen Antheil von Gewinnſte gehabt, wenn die Handlung verunglücket, aus eigenen Vermögen die Schulden bezahlen müſſe, behaupten, immaſen ſogar der obangezogene WERNHER hierinnen nicht auf einerley Meynung bleibet, ſondern *P. 3. Obſ. 79.* ſeinen in obigen Zweifels Gründen angezogenem Vorgeben ſelbſt widerſpricht, übrigens faſt die meiſten und bewährteſten

MENKE *Pand. lib. 18. tit. 2. §. 19.* BERLICH *P. 2. Concluſ.* 7
24. num. 45. CARPZOV *P. 2. Conſt. 17. defin. 12.*

tract. ſect. 2. *c.* 1. §. 7. CARPZ. *P.* 2. *c.* 6. *def.* 26. etiam finito officio. Mouent nos ſcilicet laudatae legis 27. ff. de reb. cred. diſerta verba: *Ciuitas mutui datione obligari poteſt, ſi ad vtilitatem eius pecuniae verſae ſunt, alioquin ipſi ſoli, qui contraxerunt, non ciuitas, tenebuntur.* Eodem modo dux legionis conueniri poterit ex debito, quod legionis nomine contraxit, niſi diſſerte proteſtatus fuerit, ſe id non ſuo ſed legionis nomine emere. Haec ita ſi petitor contra ſubſcribentes egerit, ſi autem non contra hos ſed ipſam vniuerſitatem agat pronunciare ſolemus: Daß Beklagter künftig hin durch einen oder mehrere zu Recht beſtellte Syndicen bey 5. Thlr. Strafe zu erſcheinen, und weil aus der mit A bemerkten Urkunde executiviſch nicht verfahren werden mag, nach vorgehender anderweitigen eine völlige Sächſiſche Friſt in ſich haltenden Ladung auf die erhobne Klage unter der Verwarnung, daß ſie widrigen Fals der erhobnen Klage für geſtändig und überführt geachtet werden ſolle, zu antworten ſchuldig, Ferner darauf ꝛc. Diſſenſum aliorum collegit BARTH *Diſſenſ.* 111. *et* 113. Vide etiam ſupra Obſ. CLXXXVII.

OBSERVATIO CCCLXXXVI.

Turpe iudici impunitatem delinquenti promittere, quam dare nolit, vel non poſſit.

1 Quid honeſto viro indignum magis, quam dolo malo impunitatem promittere et cauillationibus confeſſionem elicere delinquenti damnoſam. Recte ZIEGLER in Dicaſtice Concluſ. 29. §. 3. *Hoc intendere*, inquit, *nihil aliud eſt, quam illaqueare reum fraude et mendacio.* An iudicem decere putas, quod in priuato homine turpiſſimum et animi malitioſi non leue ſed certum clariſſimumque ſignum putatur. *Deciſ. Elect.* 91. *ibique* PHILIPPI.

2 Itaque ſi, tam ineptus, dicamne? an improbus iudex fuerit, ex noſtra quidem ſententia, non vt quondam IMMOLA et DECIVS ſtatuerunt, ab omni poena liber erit delinquens, attamen ſemper poenae arbitrariae locus erit, qualecunque demum crimen fuerit. Vide ALCIATVM *de Praeſumtionibus Reg.* 3. *Praeſ.* 27. *n.* 4. et AZEVEDONEM Hiſpanum ICtum, qui ſcribit iudicem peccare mortaliter non ſeruantem fidem promiſſam delinquenti et ipſum dicit nebulonem peſſimum laqueo magis, quam quem ita ſuſpendit, dignum.

3 Non magis quemquam decet ſophiſmata fugere et fidem ſeruare, quam iudicem. (Obſ. DLXXXVI. n. 78.) Cur ergo reos fallat, qui, etſi ciuitatis hoſtes dici poſſint, tamen et hoſti fidem non ſeruaſſe, opprobrio

brio non caret. Infamis in hiſtoria PACHES, dux Athenienſium, qui ita fefellit ducem Arcadicum, vt eum euocaret ex oppido, quod defendebat Arcas, et polliceretur ſe in oppidum incolumem remiſſurum eſſe. Cum igitur in caſtra Pachetis veniſſet Arcas, retinetur vinctus; et quia abducto duce facilis erat oppidi oppugnatio, Paches illud capit. Poſtea Arcadem redire in vrbem iubet incolumem, vt promiſerat. Huic fraudi ſcelus addidit. In vrbem reuerſum nempe interficit. Quis vel mediocriter bonus non exſpuit, quoties tale legit. Et tamen Canoniſtae inquiſitoribus contra haereticos huiusmodi fraudes permittunt.

Menſe Auguſto 1772 Collegium Iuris conſultorum Lipſienſe ita rationes ſubduxit: Und die Zuredungen wohl gar noch zudringlicher als ſie fol. 19. angegeben worden, geweſen ſeyn mögen, gleichwohl aber dieſe mit der Rechtſchaffenheit, welche nicht verſtattet, eine Verheiſung daß die That ungeſtrafet bleiben ſolle, ſo der Verſprechende nicht halten kan, oder wohl gar in der Abſicht, damit eben dadurch der Betrogene in die Strafe geſtürzet werden möge, ſchlechterdings nicht beſtehen kan, (Obſ. DXLIV.) Obſtetrices, quae manus opitulatrices defloratis denegant, antequam verum ſtupratorem nominauerit, etſi non lucri cauſa, ſed vt ſtolidiſſime putant, bona intentione faciant, puniendas eſſe dicemus in Obſ. DCCLXI.

OBSERVATIO CCCLXXXVII.

Transactionem impugnans prius datum vel acceptum reſtituere cogitur.

Recte pronunciauimus: Daß Beklagter noch zur Zeit und bevor Kläger die in Anſehung des getroffenen Vergleiches bereits erhaltenen 40. Thlr. ihm nicht wieder erſtattet, (nach Maasgebung L. 14. C. de transact. L. 96. §. 1. D. de ſolut.) ſich einzulaſſen nicht ſchuldig, es iſt auch Kläger die Unkoſten dieſes Termins Beklagten zu erſtatten verbunden. Alia pronunciandi formula, quae tamen ab hac noſtra non penitus abludit, hoc caſu Witebergenſes iurisconſulti vtuntur, quam inuenies im TEVTSCHEN FLAVIO ſ. v. Vergleich *num. II.* Vide etiam MENOCHIVM, qui in Conſilio 644 hanc quaeſtionem ex profeſſo tractat, et WERNHERVM *P. 6. Obſ. 489. et Tom. 3 p. 116. Obſ. 159.* Nos autem, cum ſupra *Obſ. XVI.* demonſtrauerimus, contra rem iudicatam reſtitutioni locum non eſſe, niſi reſtitutionem poſtulans prius ſententiae paruerit, quoniam tanſactionis eadem eſt, quam rei iudicatae poteſtas, *L. 20. C. de transact.* de transactionibus idem plane ſtatuere debemus.

OBSER-

OBSERVATIO CCCLXXXVIII.

Veritatis exceptio rarius liberat a poena iniuriantem.

Si quis furem vocauerit furto condemnatum, aut meretricem, quae ſtuprum paſſa eſt, animo conuiciandi, non ſe liberat a poena iniuriarum, immo ne quidem mitigationi locus. Etenim non tam veritas verborum, quam libido et animus iniuriandi ſpectatur. *arg.* L. *14. C. de iudaeis et coelic.* L. *5. C. de iniur.* MENKE *Pandect. lib. 47. tit. 10. §. 10.* Pertinet huc locus C. C. C. art. 110. vbi de libellis famoſis: Und ob ſich auch gleich die aufgelegte Schmach der zugemeßnen That in der Wahrheit erfände, ſoll dennoch der Ausrufer ſolcher Schmach, nach Vermöge der Rechte und Ermeſſen des Richters geſtrafet werden. 1

Si autem, qui ipſe furtum paſſus eſt, laedentem furem, aut quae ſtuprum paſſa eſt, ſtupratorem hircum, aut maritus adulterum talem vocauerit, ob iuſtum dolorem poena pauliſper mitigatur, immo interdum ſecundum L. *10. C. de iniur.* pronunciari ſolet, vt denunciatus ante omnia ſuper furto examinetur, ac deinde demum de iniuria iudicetur. 2

In actione iniuriarum aeſtimatoria ſuper exceptione veritatis petitori iuſiurandum deferri nequit. BERGER *Elect. Diſc. Forenſ. tit. 18. Obſ. 3. not. 3.* 3

Attamen ſi non iniuriandi, ſed alios admonendi animo dixeris, vt ab agyrta, imperita obſtetrice aut ſportulas nimias aucupante aduocato ſibi caueant, quoniam ſine dolo crimen non committitur, plane a poena liberaberis, cum, ſi verum fateri velimus, praemio potius condecorandus ſis, vt in L. 18. pr. ff. de iniuriis PAVLVS ait: *Eum qui nocentem infamauit, non eſſe aequum, ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota eſſe et oportere et expedire*, nec enim decet laudando augeri malitiam L. *1. §. 4. ff. de ſerv. corrupt.* Hoc caſu igitur, ſi quis animum iniuriandi eiurauerit, probatio admittenda veritatis. Menſ. Auguſto Facultas regimini Byruthenſi ita reſpondit: Welches alles ermeldeter Glob nicht aus Liebe zur Gerechtigkeit ſondern bloß aus Rache und in der Meynung ſeinen Gegner in das Unglück zu bringen alſo angezeiget, und aber ſo gar die bewieſene Ausflucht daß das Vorgeworfene in der Wahrheit beruhe, zwar nach Gelegenheit die Strafe in etwas mildern, nicht aber von ſelbi- 4

ſelbiger gänzlich befreyen kan, ſintemalen bey Injurien es lediglich darauf ankommet, ob der Wille den andern zu beſchimpfen und ſeinen guten Leimuth zu ſchmälern verhanden geweſen? weil, wer von dem andern eine Uebelthat weiß, ſelbige zwar zur Beſtrafung dem Richter anzeigen nicht aber, da alle Selbſthülfe unterſaget, eigenmächtiger Weiſe darüber ſein Urthel fällen darf, daß aber die Beſchimpfungen aus Leidenſchaft und Schmähſucht nicht aber aus Liebe zur Gerechtigkeit entſtanden, daraus abzunehmen, daß ſelbige in Bierhäuſern und anderen öffentlichen Orten im Zorne vorgebracht, keinesweges aber bey des Beſchuldigten Obrigkeit mit gelaſſenen Sinnen behörig gerüget worden, unerwieſene Vorwürfe aber um ſo weniger zu erdulden, je gewiſſer es iſt, daß man nicht einmal denjenigen, der ſeines Verbrechens durch Urthel nnd Recht überführet, und dießfals ſogar Strafe erlitten, in Jäheit des Zornes oder ſonſt aus Antrieb anderer Leidenſchaften ſelbiges vorrüken dürfe ꝛc. Plura vide in Obſeruatione DCXXXIV, potiſſimum autem in Obſeruatione DCLXXII. quae hanc materiam, quam hic obiter tantum et per transennam indicauimus, accuratius exponit.

OBSERVATIO CCCLXXXIX.

Si parentes ob iniuriam ſibi illatam liberos exheredes ſcripſerint, iniuria remiſſa non cenſetur, niſi mutato teſtamento.

1 Faciles quidem legum interpretes in praeſumenda iniuriarum condonatione. Vnde nonnulli exiſtimarunt, ſi liberi exheredati et parentes laeſi aliquantisper conciliati atque inter ſe familiariter conuerſati fuerint, exheredationem euaneſcere et teſtamentum ex accidenti inofficioſum fieri. Hoc autem adſeuerare, non eſt aliud, niſi parentibus laeſis interdicere, ne vnquam cum liberis vel leuiter in gratiam redeant, quod durum et bonis moribus parum conueniens. Credisne heredi ingratis liberis praelato, ſuam hereditatem adimi poſſe per ſolas mutatae voluntatis coniecturas? Hoc merito negandum. L. *22. ff. de adim.*
2 *vel transfer. legat.* Praeterea, cum omnes remiſſiones ſint arctioris interpretationis, actione iniuriarum remiſſa, non ſequitur, vt etiam exheredationis poena remiſſa ſit. Notum eſt, actiones etiam quae ad diuerſa tendunt, ſe inuicem non tollere.

OBSER-

OBSERVATIO CCCXC.

In proceſſu executiuo, ſi reus chirographum eiurauerit, ſumptus litis compenſantur.

Quia talis chirographi diffeſſio iureiurando vnilaterali perficitur, nec 1
petitor de calumnia iurat, videri poterat, reo inſtrumentum diffitente, pronunciandum eſſe: Daß Klägers Suchen nicht ſtat hat, er iſt auch die verurſachten Unkoſten Beklagten zu erſtatten ſchuldig, quae et WERNHERI ſententia in Iurisprud. Formul. cap. 3. §. 9. vbi ait: *Secuta diffeſſione reum, ſimul cum neceſſitate ſumptuum ipſi reſtituendorum abſolui.* Negare non poſſum mihi hanc ſententiam valde probabilem videri. Etenim ratio, quare in delato iureiurando actor a reſtitutione expenſarum liberatur, non alia eſt, quam quod, ſi ambo iurauerint, iudex vtrum vera dixerit? plane incertus ſit. Haec ratio in iuramento diffeſſionis ceſſat. Quid? anne in expenſas videar iuſte condemnatus, ſi falſarius quidam me ex ficto chirographo conuenerit atque illud eiurauerim? Nihilominus tamen, quoniam falſum non praeſumitur et 2
reus per talem diffeſſionem quodammodo teſtis in cauſa propria exiſtit, nec alio modo, quam iureiurando, quod remedium probandi extraordinarium putatur, actionem lege conceſſam elidit, noſtrum collegium compenſare ſolet expenſas, vt formula in meo FLAVIO ſ. v. Diffeſſio docet. Eodem modo litis ſumptus compenſari iubet ESTOR von Abfaſſ. der Urthel und Beſcheiden §. 1131. qui penitus noſtram pronunciandi formulam adoptauit, quae certe nunc et mihi iuris regulis ſatis conſentanea videtur.

OBSERVATIO CCCXCI.

Matrimonium ſine propoſito liberos creandi legitimum.

Libidinis extinctio ſancti et caſti matrimonii legitima ac primaria cauſa.

 Sobo-

Sobolis procreationem primarium matrimonii finem eſſe, ex Sacra Scriptura non probatur.

Si marito grauidae vxoris thalamum conſcendere licet, non eſt omnis legitimi concubitus finis liberorum genitura.

Ob ſterilitatem non diſſoluitur matrimonium, ſed propter impotentiam ſiue imbecillitatem membrorum genitalium diſſoluitur, ergo plus valet corporea delectatio, quam ſobolis genitura.

Si ad ſobolem omnia referenda, nullae erunt vetulae cum depontano nuptiae.

Praeter hominem animal nullum in coitu de ſobole cogitat. Quod autem in omni animali reperitur, de eo dubitari non poteſt, quin iuſtum ſit.

Amorem primariam nuptiarum cauſam eſſe, per inductionem demonſtratur.

Inclinationem vnius ſexus ad alterum atque coeundi inſtinctum a Deo, adeoque honeſtum eſſe.

An fas ſit homini de finibus diuinis et arcanis naturae conſiliis ſollicitari?

Voluptatis cauſa initum matrimonium iuſtum eſſe, probatur ex ſacris litteris et theologorum libris, deinde obiter oſtenditur, quod Onanus fecit, turpe quidem facinus ſed naturali iure tolerabilius eſſe et leuius, quam ſi quis puerum vel ſuem caſtret.

Non

Non eſt vt quibusdam videtur philoſophia noſtra beſtialis.

Qui ſecundarium finem arripiat, neglecto principali, ſcelus non committit.

Satis mirari non poſſumus, in hoc, quo philoſophi maxime regnant, 1
ſeculo, falſam, vt nobis videtur, opinionem: matrimonium, quod liberorum cauſa non ineatur, profanum, turpe, Deo ingratum et ſobolis procreationem vnicum atque ſupremum omnis legitimi connubii finem eſſe, apud iureconſultos quosdam et plerosque fere theologos tam altas radices egiſſe, vt pro veteri dictato, quod *in can. 41. Cauſ. 27. qu. 1. can. 1. et 3. Cauſ. 32. qu. 2.* L. *9. C. de nupt.* L. *2. C. de indict. viduitat.* L. *1. ff. ſolut. matr.* L. *220. §. 3. ff. de verbor. ſignif. (ibique late Dionyſ. Gothofr.)* narrauere patres, quaſi pro aris et focis pugnent, citiusque clauam Hercules aut fulmen Iupiter, quam illam opinionem noſtri, ſibi extorqueri patiantur. Quaſi vero nefanda res ſit, honeſtam et legibus probatam cupiditatem ſequi!

Non erubuit celeberrimus Franciae iureconſultus et poeta STE- 2
PHANVS PASQVASIVS in epigrammate, ſe primas propter amplexus, vltimas vero propter mutuum adiutorium, nuptias contraxiſſe, nulla facta liberorum mentione, his verbis profiteri:

Vxores ego tres vario ſum tempore nactus;
Cum iuuenis, cum vir, factus et inde ſenex.
Propter opus prima eſt validis mihi iuncta ſub annis,
Altera propter opes, tertia propter opem.

Quare neſcio, quibus turbinibus iurisconſultorum mens eo rapta fuerit, vt in ſolo matrimonio, vnicum tantummodo finem legitimum, caeteros omnes autem illegitimos ſtatuerint. Quis enim in aliis negotiis de propoſito et fine ſollicitus? Aedes comparantur habitationis cauſa: ego vero, ſi non ad habitandum, ſed quoniam commodiorem modum non habeo pecuniam tuto collocandi, aut ſplendoris, aut in horto etiam villaue ſolius amoenitatis cauſa domunculam aedificem, an quaeſo peccauerim? Illi tamen, quos refutandos ſumſi, ſi doctrinae

 ſuae

ſuae memores eſſe et dictata ſua bene cohaerere velint, neceſſario dixerint: grande ſcelus eſſe et maiori hoſtia expiandum, me ad habitationem, qui aedium primarius finis ſit, non reſpexiſſe.

3 Sed ad matrimonium redeo, quod ſine propoſito ſobolem procreandi legitimum eſſe, et Deo aeque gratum, quam quod liberorum cauſa ſuſcipitur, demonſtraturo, inter fines, vtar enim hoc verbo, quia ſemel receptum, varios, primo *mutuum adiutorium* ſe nobis offert, de quo hodie fere nemo dubitat, quin cauſa nuptiarum vera et iuſta videatur, immo diuinis etiam oraculis probata; ſiquidem non ſolum HIERONYMVS DELPHINVS, in ſua *de Eunuchi coniugio* collectione, reſponſa Conſiſtorii Lipſienſis et Theologorum Regiomontanorum, Gryphisualdenſium, aliorumque ſpadonibus fauorabilia congeſſit, verum etiam IOH. SAM. STRYKIVS in diſputatione *de fine matrimonii*, et PAGENSTECHER in diſputatione *de ſcopo matrimonii*, data opera et ex profeſſo, mutuam opitulationem ſupra prolis generationem extulerunt, et hanc primarium matrimonii claſſicumque finem eſſe, demonſtrarunt. Vidimus et alios, qui, nimis argute forſitan, hoc modo id docerent: Nempe dixiſſe deum initio ſtatim: non conuenire homini, vt ſolus ſit, ideoque adiutricem ei dandam eſſe vxorem: quibus verbis mutuum adiutorium innuatur, deinde demum dixiſſe: Creſcite et multiplicamini, quibus non primarium, ſed minus principalem et ſecundarium ſobolis procreationem matrimonii finem eſſe, ſignificetur. *) Caeteras pro mutuo adiutorio rationes cumulare, cum haec in ſcholis fere ſit recepta et omnibus nota opinio, etſi nullo modo placet, tamen, cum ſaepe accidere videamus, vt, quod in cathedra defenditur, vſum in foro non obtineat, adiecimus huic Obſeruationi noſtrae, *in fine ſub A. num. 40. ſeq.* nuperrimum Reſponſum Facultatis vtriusque THEOLOGICAE ET IVRIDICAE in Academia Lipſienſi, ex quo cognoſces, etiam ex foro illam, de ſobolis procreatione vnico matrimonii fine exploſam fuiſſe, ſententiam et ſectam noſtrorum temporum a patrum dictatis pauliſper receſſiſſe. Lectu digniſſima, quam duo collegia iunctim pronunciarunt, ſententia, non ſolum quod argumenta continet pro mutuo adiutorio plurima; verum etiam ob ſingularem et memorabi-

*) Lud. Dunte in Caſib. Conſcient. p. 803.

rabilem facti ſpeciem. Plane inhabilis ad liberos procreandos ex infima plebe pauperculus, nomine *Rödiger*, a Conſiſtorio propter impotentiam decreto diuortio, vxorem dimiſerat. Sic diducto matrimonio caelibem vitam per decem annos agit, vsque dum viduitatis pertaeſus de ſecundis votis cogitaret, et cum virgine XXXVII. annorum nomine *Beckeria*, per ſolennem ſacerdotis benedictionem iungi poſtularet. Conſiſtorialibus actis ad nos transmiſſis, dedimus vxorem homini, quem prior coniux propter impotentiam abegerat. Res admodum mira. Nullum cum declaraſſet iudex perlata ſententia anterius matrimonium, nos coniugium miſero nouum permiſimus, maritumque fecimus, quem res iudicata declarabat, maritum eſſe non poſſe.

Ego autem, etiamſi hunc opis alternae in matrimoniis conciliandis finem non plane improbem, fateri tamen cogor, multa ſubtiliter contra diſputata, inprimis autem huius ſententiae patronis ſaepe obiectum fuiſſe, ſi mutuum adiutorium ſumma ſit et finis matrimonii, ad quem omnia referantur, conſequens eſſe, vt foemina foeminae nubere, immo inter duos mares contrahi matrimonium poſſit, ſi viciſſim ſibi mutua auxilia polliceantur. Vnde, ea re in medio relicta, iam, quod maxime intendimus, hoc in contemplationem adducamus: an nuptiae, ſola Venere pronuba et Cupidine paranympho celebratae, iure non ſolum humano, verum etiam diuino, licitae, praeſertim autem, ſecundum rectae et intemeratae rationis dictata, ſanctae et caſtae appellari poſſint? 5

Occaſionem haec ſcribendi nobis dederunt nobiliſſimi cuiusdam militis litterae, qui, cum menſe anni huius ſuperiori ex Theologis Hallenſibus: *An homini, qui nullo ac ne minimo quidem liberorum habendorum deſiderio teneatur, ſed vxorem ſibi ob ſola oſcula et amplexus quaerat, matrimonium inire liceret?* quaeſiuiſſet, reſponſum tulit: *Licere.* Ne quid comminiſci videamur, militis doctiſſimi litteras, quae lubricam illam quaeſtionem et admodum difficilem in ſe continent, atque ipſum collegii reſponſum in fine Reſponſi *ſub* B. *et C. Num. 43. ſeq.* in fine huius Obſeruationis typis exſcribi curauimus, quo Theologicae Facultatis quaſi clypeo muniti, nullo modo veremur, ne in haereticae prauitatis notam incurramus, ſi in contrahendo matrimonio eundem eſſe homini, quam caeteris animantibus, finem, variis modis doceamus. 6

Finem

Finem autem, ne qualis ſit ignores, cauſam dicimus, cuius gra-
6 tia aliquid ſuſcipitur: extremus autem ille eſt, quo referuntur et cuius cauſa fiunt omnia. Hoc praemiſſo, vt ordinem dicendorum breuiter indicemus, primo vulgare illud: ſobolis procreationem vnicum eſſe legibus diuinis probatum ac praeceptum finem, refutabimus; poſthaec remedium vſtionis, vt theologice loquamur, aeque legitimam eſſe matrimonii cauſam, probabimus; tertio denique diſſentientibus, qui delectationem carnis cauſam, quare matrimonium ineatur, nefariam putant, reſpondebimus.

Primum in ſacris litteris, vt homines ſobolis cauſa matrimonia
7 quaerere debeant, nullibi praeceptum, cum, quae a Theologis in eam rem loca afferuntur, id non diſſertis verbis iubeant, ſed haec doctrina, per ambages demum et longos ſorites, ex quibuſdam dictis eliciatur, quae argumenta ex longinquo petita periculoſiora nec tam firma, quam directa legum praecepta eſſe, vnusquisque facile concedet. Nam quod
8 illa Geneſeos verba, in quibus praeſidium totius doctrinae ſuae collocarunt, attinet, *Creſcite et multiplicamini*, non defuerunt, qui, an legem contineant et quicquam praecipiant? dubitarent, eamque potius gratulationem et benedictionem, qua Deus nouis coniugibus fauſta quaeuis precatus ſit, putarent, vti et nunc ſacerdos in nuptiarum ſacris ea pronuntiare et nuptis acclamare ſolet. Nobis hebraica non doctis, ſi, quas ex translationibus ſeu verſionibus Bibliorum hauſimus, coniecturas effari licet, non legem haec verba, ſed carmen putamus et quaſi effectricem quandam incantationem, qua Deus generandi vim corporibus primorum parentum inſeuit atque efflatu ſuo quaſi indidit. *Foetificate*, ait, *et multiplicamini*. Creatoria haec verba ſunt, non praeceptiua. Quemadmodum enim antea idem Deus dixerat: *Fiat lux*, eoque dicto lux apparuerat, ſic mihi videtur et his verbis: Creſcite et multiplicamini, vim generandi et pariendi conditis a ſe hominibus indidiſſe et foecundos eos effeciſſe, vnde CASTELLIO non male ſic transtuliſſe videtur: *Deinde foecunditatem dedit, ſic eos alloquens: Foe-*
9 *tificate, multiplicamini et replete terram.* Eſt et alia ratio, quare haec verba vix legis vim habere poſſint. Nam ſi ea praeceptum continerent omnibus hominibus datum: *Foetificate*, conſequens foret, vt quam primum quisque pubes factus ſit, ſi legi diuinae obedire velit,

ſta-

ſtatim ſibi ſociam eligere et ſobolis officinam inſtruere deberet, quod
neſcio an vllus vnquam theologus aut philoſophus imperauerit. Lar- 10
giamur tamen et hoc, illaque Geneſeos verba legem in ſe continere
concedamus, nonne vel hac ratione res ipſa loquitur, eam nouis pri-
ma aetate hominibus, non nobis, datam eſſe, qui in aetate viuimus,
qua orbis terrarum abundat atque ita repletus eſt incolis, vt propemo-
dum ſuperfluat. Quomodo quaeſo potuiſſet PAVLVS*) Chriſtianis 11
caelibatum ſuadere et dicere: *Vellem omnes homines eſſe caelibes, vt ego
ſum. Sed ſua quisque dote praeditus eſt a Deo, alius alia. Caelibibus au-
tem et viduis dico: bonum eis eſſe, ſi ſic maneant, vt ego*, quomodo, in-
quam, PAVLVS potuiſſet Chriſtianis caelibatum ſuadere, ſi Deus omnes
homines iuſſiſſet foetificare et terram liberis replere? Alia ergo in con-
dendo, alia in orbe iam condito, legum et praeceptorum ratio.

Neque vero nos effatum theologorum quorundam, omne matri- 12
monium, quod ob explendam libidinem, neque liberorum cauſa, ini-
tum ſit, fornicationem perhibens, a propoſito retinet. Nam, ſi vera
illi dicerent, maritus, qui cum grauida ſua vxore aut ſterili rem habe-
ret, fornicaturus eſſet. Eſtne vero quisquam hodie circumſcriptor
adeo ſeuerus, qui concubitum cum vxore, quam grauidam maritus
ſciret, non permittendum putet. Etſi enim ex eo liberi nulli futuri
ſint, adeoque primarius ille, vt vocatur finis, hoc concubitu obtineri
nequeat, tamen contrariae ſententiae patroni, congreſſum cum gra-
uidis non plane interdicunt nec ipſi pauſam faciunt, vt ſic fateri co-
gantur, non omnia in matrimonio ad ſpem et procreationem ſobolis
eſſe referenda. Anne mulieri, debitum coniugale ſibi, vt decet, red-
ditum eſſe, perſuaſeris, ſi quotannis ſemel a marito amata ſit? Aut
igitur concedas nobis, praeter hunc finem, etiam delectationes in ma-
trimonio quaeri, aut relinquenda eſt marito probo et legibus diuinis
obtemperanti vxor, tam ſterilis, quam grauida. Quid vero eueniat,
ſi illud ſtatuamus? Docuerunt quidem talia inepti quondam, qui pa-
rum conſiderantes, ſuam cuique generi propriam naturam eſſe, (et-
iamſi de caetero animalium vitas nos intueri nolint, ſed, ſi quis talia
proponat, toto animo abhorreant) in hac vna re nos beſtiis ſimiles eſſe
prae-

*) 1. Corinth. 7, v. 7. ſeq.

praeceperunt et propterea, quod nonnullae ex pecudibus et auibus poſtquam conceperunt, congreſſum deprecantur, *can. 15. cauſ. 32. qu. 7. in fine* idem in hominibus fieri debere, ſtulte exiſtimarunt. Longe profecto multoque iis POPVLIA ſapientior, quae miranti quid eſſet, quapropter mulieres marem ſemper deſiderarent, aliae beſtiae autem non, niſi cum praegnantes fieri vellent? *Beſtiae enim*, reſpondit.

33 Romani non diuino oraculo, ſed ciuili ratione, vt respublica liberis ciuibus repleretur, moniti, cum ad ſobolis procreationem omnia referrent, huic doctrinae in lege Papia Poppaea denuo confirmatae multo, quam noſtri, tenaciores, ob ſterilitatem diuortia quondam ſine vlla dubitatione decreuerunt *). Quid quod? iurare cogebantur mariti liberorum gignendorum gratia ſe matrimonium colere, ne quis data opera ſe liberis orbaret. Teſtis huius rei GELLIVS **). *Spurius Caruilius*, inquit, *cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, diuortium cum vxore fecit, quia liberi ex ea, corporis vitio, non gignerentur, anno vrbis conditae DXXIII. M. Atilio P. Valerio Coſſ. Atque is Caruilius traditur vxorem, quam dimiſit, egregie dilexiſſe cariſſimamque morum eius gratia habuiſſe; ſed iurisiurandi religionem animo et amori praetuliſſe, quod iurare a Cenſoribus coactus erat, vxorem ſe liberûm quaerendûm gratia habiturum.* Hanc Quiritium ſibi conſtantem et conſentientem in omnibus doctrinam vt laudo et admiror, ita e contrario noſtris non parum ſuccenſeo, qui regulas ſuas, quoties lubitum eſt, deprauant et propter impotentiam quidem, non autem propter ſterilitatem, diuortia decernunt. *Can. 27. Cauſ. 32. qu. 7.* Nam, ſi modo debitum coniugale praeſtare ſibi poſſint coniuges, et vſtioni alterius mederi, etſi de caetero manifeſta et inſanabili ſterilitate proles non ſubſequatur nec ſubſequi poſſit, etiam certiſſime ſciant, ſe ſobolem non edituros, ſi oraculum ipſis, ſi vates hoc praedicat, ſi medici omnes conſentiant, tamen ſeparari non poſſunt. Dirimendum autem erat tale connubium, ſi illa vulgaris diſciplina doctorum vera et nuptiarum vnicus liberorum genitura finis eſſet, propterea, quod quotiescunque alteruter a principio in genitali ſterilitate verſetur, atque illa infoecunditas certa, explo-

*) L. 60 §. 1. ff. de donat. inter vir. et vxor. ibique Dionyſ. Gothofr.

**) Noct. Att. lib. 4. cap. 3.

plorata et immedicabilis videatur, coniuges in Dei miniſterio non eſſe, nec ei ad finem ſuum obtinendum, vt ita dixerim, cooperari poſſunt.
Cum nuper Altenburgenſis quidam, ſe quidem rem cum vxore ſaepius 14
habuiſſe, nullos vero ob prolapſum vteri ex tali concubitu liberos procreari poſſe, diceret atque ob eam rationem diuortium peteret, Collegium Iureconſultorum Lipſienſe abſoluit vxorem, his additis rationibus: Obwohl Kläger, daß ihm die eingeſtandene öftere Beywohnung mit Beklagter zu keinem Nachtheile gereichen möge, anführet; maßen, wenn auch allenfals der Beyſchlaf zu volbringen wäre, er doch nichts deſtoweniger durch bewährter Aerzte unumſtößliche Zeugniſſe, denen man als Kunſterfahrnen ſchlechterdings trauen muß, erwieſen, daß wegen ziemlichen Vorfals der Mutter, niemahls dergleichen Beywohnung fruchtbar ſeyn könne.

Dennoch aber und dieweil aus demjenigen was Kläger ſelbſt an- 15
führet, hinlänglich daß Beklagte zur ehelichen Beywohnung nicht ganz ungeſchickt, erhellet, die Wirkung des Beyſchlafes aber Gott und der Natur zu überlaſſen, mithin Klägers Suchen für unſtathaft zu achten ꝛc. Videant igitur aduerſarii, quam nullo modo illorum regulae in ipſis rerum argumentis obtineant, quam confuſa ſint, quam male inter ſe cohaereant omnia. Noſtram vero doctrinam vſus fori exactiſſime probat, quando iudices coniugem, in quo nullum vſtionis remedium, illico abigunt et alteri rem ſuam alibi habendam facile permittunt, eo ipſo ſatis innuentes, plura in matrimonio ad corpoream delectationem, quam ad ſobolis genituram, referri. Attamen, vt proprie loquamur, coniugia ob impotentiam alterutrius coniugis non tam diſſoluimus, quam nulla eſſe, pronuntiamus. Nempe non conſenſu matrimonium aut benedictione ſacerdotali, ſed thalami conſcenſione, hoc eſt, vera commixtione corporum, perficitur. Ergo ſi haec conſecuta non ſit, nec propter genitalem infirmitatem conſequi poſſit, nondum coniuges ſed deſponſati videntur. Sic ea res repudio, quam diuortio ſimilior.

Eadem eſt in nuptiis Acheruntìcorum ratio, quibus prolis ſuſci- 16
piendae propter aetatem nulla fiducia, quamobrem lex Iulia et Papia ſenum matrimonia merito coercuit. *) Nempe, cum medici obſeruaſſent, ſi anni amborum coniugum conumerati et ſimul ducti, centum tran-

*) Vlpiani Fragm. tit. 16. §. 3. et 4.

tranſiiſſent, ſignum hoc certiſſimum eſſe, nullam generationem futu-
ram, *) non patiebantur Romani quinquagenariam ſexagenario nube-
re, imo etiam recentiori aetate ſapienter in ſua republica, ob eandem
cauſam, Genuenſes cauerunt: *Ne vir LX. annos egreſſus foeminam du-
cat aliam quam aetate dimidio ſe minorem.* Nam ad fabulas fere redeunt,
quae de prodigioſo quorundam ſenum vigore circumferuntur, nec ipſe
IVSTINIANVS dubitat, partum a parentibus vltimae iam ſenectutis
editum, mirabilem vocare. *L. 12. C. de legitim. heredib.* Non audeo
quidem CONSTANTIAE, Imperatori HENRICO V. nuptae, de
qua in Iurisprudentia numiſmatibus illuſtrata **) dictum eſt, aut etiam
MASINISSAE Numidiae regis exempla, itemque CATONIS Cenſorii,
et VLADISLAI Polonorum regis, quos hiſtoria tradit felices parentes
extitiſſe liberorum eo tempore, quo iam vnum pedem in ſepulchro
habebant, non omnino diffiteri, licet pauliſper ſubdubitem, attamen,
etiamſi vera eſſe largiar, anne quaeſo, haec admodum rara et prodi-
gioſa praeſumere debemus? Nullo ſane modo. Nam praeſumtiones
ab iis, quae plerumque euenire ſolent, non de exemplis admodum ra-
ris, depromuntur. Poſſibile forſitan, ſi ob dignum vindice nodum
Deus ſubueniat, vetulam parere et obſtetricum manibus ſe SARAM
ſubmittere, neque tamen ea quae fieri poſſunt, ſed quae fieri ſolent,
nempe probabilia nobis in vita et legibus ferendis proponimus. Anne
operae pretium, propter rariſſima quaedam exempla quae contra natu-
ram euenerunt, legem ſcribere: vt tremulis totisque in baculum pro-
nis nuptias, in ſua iam occidua aetate, inire liceat? Hoc nulla ratione
crediderim, cum parum a ridiculo abſit de his, quae in ſeculo inte-
gro vix ſemel accidunt, iura conſtituere. L. *3. ff. de Leg.* L. *64. ff. de
Reg. iur.* Nam debito coniugali ſoluendo non plane impares quidem
pleroſque ſenes, imo et ſalaces interdum eſſe, ex poetarum carmini-
17 bus et medicorum libris didicimus, non autem foecundos. Nunc au-
tem, poſtquam IVSTINIANVS Imperator *in* L. *27. C. de nupt.* legem
Iuliam et Papiam ſuſtulit, ſiliceniorum connubia, ſumma cum car-
minis ſacerdotalis *creſcite et multiplicamini* profanatione et irriſione con-
trahi

*) Auguſtinus lib. 3. contra Iul. et libro primo Quaeſt. ad Geneſ.

**) Monument. XLIV.

trahi videmus *), quod fieri nec poſſet nec deberet, ſi omnes, praeter ſpem et deſiderium liberos habendi contractae nuptiae turpes, atque ſobolis procreatio extremus et vnicus matrimonii finis foret.

Non opus eſt plura in medium profere, quoniam vel ex his, quae 18
diſputauimus, procreationem ſobolis non eſſe vnicum aut ſupremum
matrimonii finem, ſatis apparet. Accedamus ergo ad ſecundum no-
ſtrae diſputationis caput, in quo hominem, qui nullo poſteritatis quae-
rendae deſiderio, tantum ob mutuos amplexus et corporeas delectatio-
nes matrimonium ineat, nullo modo peccare, docebimus. Quo loco 19
tamen, vt ambiguitates quaſdam euitemus, neque in verborum inanem cum aduerſariis pugnam incidamus, quaedam praemonenda veniunt. Scilicet, quando extinguendarum cupiditatum finem primarium eumque non minus honeſtum, quam ſobolis procreationem, eſſe perhibemus, nemo exiſtimet, nos propterea negare, Deum ad perennitatem humani generis matrimonium inſtituiſſe. Etſi enim hoc ex ſacris litteris, vt ſupra diximus, nullo modo demonſtrari poteſt, res ipſa tamen et diuerſa in vtroque ſexu corporum ac membrorum ratio ſatis declarat, hominem ad generandum, foeminam ad pariendum, a natura factos eſſe, ex quo ſolo ſatis apparet, certo reſpectu primarium matrimonii finem fuiſſe, ne genus animantium hominumque interiret,

Nec regio foret vlla ſuis animalibus orba.

Nihilominus tamen nos primarium finem cupiditatem dicimus. Haec quomodo quaeſo inter ſe conueniunt? Inopinabile et monſtro ſimile videri poſſit, duo in re eadem extrema et duos, ad quos omnia referuntur, fines eſſe. Hoc aenigma vt diſſoluere poſſis, te ſcire cupio, alium ſibi Deum propoſuiſſe primarium finem, nempe generis conſervationem; alium vero finem primarium plerumque homines intendere, nempe, ſi a potiori res denominanda, ſolam voluptatem, quam in inſtituendo matrimonio Deus minus principaliter et ſecundario demum intendit, homo autem quam maxime. Itaque vtriusque conſideratione habita, ſi mox ad creaturam mox ad creatorem reſpicias, repugnans non videbitur, ſi duos fines primarios ſtatuamus, atque dato

*) CARPZOV. Iurisprud. Conſiſt. lib. 2. defin. 13. et CONRADI PHILIP. HOFFMANNI Tract. de matrimonio ſexagenarii.

a nobis ac conceſſo, ſupremam quidem Diuinitatem potiſſimum ob id, vt ex animali animal naſceretur, vtrique ſexui mutuas appetitiones inſeuiſſe, ſiue quod idem eſt, matrimonium inſtituiſſe, tamen hanc ipſam mutuam appetitionem hominis primarium finem, eumque legitimum ac diuino numini gratum eſſe, demonſtrabimus, adeo quidem, vt, qui hunc vel ſolum appetat, nullo modo peccare videatur. Aliter autem ſe res habet in iis, qui liberos in vtero enecant, aut data opera genituram impediunt, de quo quidem crimine iam non loquimur, ſed de iis ſolum hominibus, qui cum matrimonium ineunt, futuros ex illo liberos non quidem penitus auerſantur, ſed nec ſummo deſiderio optant.

20 Primo quidem, vt ab experientia incipiamus, dialecticis notum probandi quoddam genus, quod *inductionem* vocant, ſiue obſeruatio ſingularium euentuum, experientia et ſenſu inſtituta, ex qua axioma formatur et in animo quaedam intelligentia rerum vniuerſalium gignitur. Nam ſi commiſſas memoriae res ſingulares ratio contemplatur et inter ſe comparat, exinde notio generalis proficiſcitur. Hac igitur inductione primum vtamur ad demonſtrandum: homines non aliam ob cauſam durum expertis et graue matrimonii onus expetere, quam vt ignem, vt poetae dicunt, in florida iuuentute furentem honeſtis fontibus reſtinguant, ignem inquam, quem, cum natura ſuſcitet ſolliciteque alat, vituperare non auſim. Sine amore, iamdudum periiſſet orbis. Contra vero, putaſne ſponſalia celebrare eam ob cauſam quempiam, vt liberis ciuibus rempublicam impleat. Ex centum millibus vix vnum ſic ſapere putamus. Imo plerique, pauperes potiſſimum, multorum metuunt liberorum parentes fieri, foeminae propter partus dolorem, viri propter alendi educandique officium. *Quotus quisque enim*, ait PVFENDORFIVS *), *liberis operam daret, qui ſaepe materiam dolendi, ſemper curarum et laborum praebent, ni naturalis inclinatio eo traheret? Intercedente cumprimis conſortio mulierum, quod ſapienti vile iuxta ac taedioſum, citra iſtas illecebras, foret.* Itaque res ipſa loquitur, in matrimonio alia ſibi Deum propoſuiſſe, alia hominem. Dic mihi quaeſo, anne inter caetera animalia, quando coeunt, vllum de prole, an de capienda voluptate cogitet? Haec clariſſima naturae ſpecula ſi quis intuetur et quod omnia animalia faciunt, ſe quoque natu-

ram

*) Ius Nat. et G. lib. 6. cap. 1. §. 3.

ram docuiſſe, credit, a vero aberrare non poteſt, quia vix aliud habetur luculentius voluntatis diuinae ſignum, quam animalium obſeruatio. Hoc docuit vim vi repellere, ſe ſuosque defendere, vitamque tueri inter iuſta collocanda eſſe quoniam eadem omnes animantes faciunt. Hinc vt in L. 1. §. 3. ff. de iuſt. et iur. VLPIANVS appoſite et veriſſime dicit: *Hinc inquam deſcendit maris atque foeminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.* Tu autem forſitan hominem animal eſſe, negaueris. Velim iſtos, qui omne matrimonium, quod propter ſobolis ſpem ſuſceptum non ſit, graue et inexpiabile ſcelus putant, ingenue mihi et bona fide confiteantur, quaenam cauſae ipſos, ſi mariti ſunt, impulerint? Si propter liberos hoc feciſſe mentiantur, in ora dicam, ipſos ſe a veritate abdicare, turpiter fallere, hominem penitus eiurare, atque me exiſtimare potius, non aliam iis, quam caeteris animantibus, matrimonii cauſam fuiſſe. Ipſe nuper in confabulationibus illum, cuius litterae Obſeruationi huic adiectae ſunt, militem ſane doctiſſimum, vtpote philoſophia et bonis litteris probe tinctum, audiui, cum de ineundo matrimonio ſollicitaretur, ex theologo, qui procreationem ſobolis vnicum matrimonii finem acrius propugnabat, quaerere: Anne ipſe pulcherrimam ſuam ſed pauperculam vxorem amore percitus duxiſſet, absque omni ſobolis reſpectu? atque hoc annuente, ſed excuſationem ab eſu pomi et hereditario ADAMI peccato deducente, ſcite illud PLAVTI acclamare:

Nihil eſt iam, quod tu mihi ſuccenſeas,
Fecere tale ante alii ſpectati viri.

Ne autem nefanda tradere, nec ſine ratione hominem ſolis amo 21
ris ſtimulis in matrimonium ruentem excuſare videamur, antea, quam caetera perſequimur, paucis demonſtrare debemus, inſtinctum illum a natura inditum animantibus eſſe non poſſe malum. Abſurdum profecto honeſtam et moderatam voluptatem criminari, quam Deus, ſi rerum contextus et mundi materia pateretur, maximam omnibus largiturus fuiſſet; eſt enim, praeterquam credere poſſis, beneuolus, nihilque magis quam omne genus animalium beare, quam benefacere, quam gaudia diſſeminare ſtudet. Probabile ergo eum optare, vt licitis et ab ipſo animantibus cunctis inſitis commodis fruamur. Nec ob aliam cauſam hoc vniuerſum crealſe putatur, quam ne ſolus ſibi videretur

beatus

beatus ſed creaturis innumeris communicaret varia felicitatis genera et voluptatis ſenſus. Ex his ſic argumentor: Si illa maris et foeminae mutua appetitio turpis, ſi ardor ille ſua natura malus eſſet, ipſe eius auctor et ſuſtentator Deus peccatum iuſſiſſet. Conſentiunt noſtri mecum Theologi omnes, quando contra caelibatum clericorum Romano-catholicorum diſputant. Hoc enim, aiunt, eſſe praepotenti rerum naturae vim inferre. Imo inter ipſos catholicos MARCELLVS PALINGENIVS libro quarto in Zodiaco vitae veriſſime de turba raſa ſacerdotum monachorumque canit:

Inſani fugiunt mundum, immundumque ſequuntur.
Nam cauti nolunt vxorem ducere, multas
Vt paſſim inceſtent diuerſaque pabula carpant.
O vanas hominum curas, o futile votum!
Diſcite naturae ſanctas non temnere leges:
Nempe Venus nulli culpae eſt obnoxia, ſi ſit
Legitima atque modum ſeruet, ſi debita fiat.
Nemo quidem caſte conſueuit viuere ſaluis
Inguinibus, niſi quem iam debilitata ſenectus
Aut languor grauis aut animi dolor impedit ingens.
Omne ſuperuacuum natura e corpore pellit.
Hinc eſt, quod Venerem nocturna inſomnia ſoluunt,
Gaudiaque informant veros imitantia luſus

Nolumus, inferius Obſ. DCCLVII. vberius tradita anticipare, in qua demonſtrauimus non poſſe de eo, quod in omni animanti reperitur, quin iuſtum ſit, dubitari. Omnes ergo inſtinctus bonos videri nec, qui hanc naturae vocem audiat, vllo modo aberrare. Sane, quae liber quisque conſtantiſſime facit, ea neceſſario etiam cupit et vult. Nam ſi fieri nollet, facturus non erat. Sunt ergo Prima Naturae, vt CICERO vocat, voluntatis diuinae certiſſima ſigna. Nemo enim prudens ea facit, quae deteſtatur et odit. Itaque, qui vim Veneris ſentiunt et in contrahendo matrimonio hanc ſolam ſequuntur, peccare vix vllo modo poſſunt, cum naturam habeant comitem et ducem fideliſſimam, quae ipſam viam ſtrauit, quam nos incedere iubet; naturam, inquam, quae ſtimulos addit et ſegniores impellit, quae nihil fruſtra facit. Factura autem fuiſſet fruſtra admodum multa, ſi nos appetitibus, quos ipſa fabricata eſt, vti fruique nollet. Magni ergo natura-

lem

lem ad fugienda quaedam ac facienda inſtinctum facio. *) Ille, vt ipſe Pontifex Maximus in *can.* 7. *diſt.* 1. agnoſcit, iuris omnis quaſi fundamentum,

Ille quas ſequerer, docuit, quas fugeremque vias.

Itaque, vt ad praeſentem quaeſtionem reuertamur, ſi, an matrimonium ad reſtinguendum cupidinis ardorem a foemina initum vel viro ſanctum iuſtumque videri debeat? ſubdubites, ad ſpecula naturae illa clariſſima, beſtias, ad caetera te animantia voco et ad VIRGILII verſus:

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres
In furias ignemque ruunt. AMOR OMNIBVS IDEM.

Ac hic quidem Veneris ſpiritus in quibusdam animantibus adeo vehemens, vt niſi extingui poſſit, furor conſequatur, in homine autem is etiam vincit pudorem puellis innatum, vincit grauiditatis moleſtias, partus dolores, vitae periculum, interdum famae reuerentiam et ipſum diuini numinis metum. Quare cum hoc affectu, vt ipſe IVSTINIANVS ait, vix alius ſit flagrantior, neſcio, an rem vllam natura magis probauerit?

Recordamur hoc loco ex philoſophis nonnullos de hoc ipſo dubi 22
taſſe, an homini in indagandis Dei conſiliis, quae de hac rerum vniuerſitate condenda regendaque iniit, liceat eſſe nimis curioſo? Audiamus CARTESIVM: *Nimis ſuperbe*, inquit, *de nobis ſentiremus, ſi fines, quos in mundo exſtruendo ſibi natura propoſuit, ingenioli noſtri vi comprehendi poſſe putaremus.* Si enim ſigna diuinae voluntatis non plane certa nec diuinis oraculis nobis reuelata ſint, neſcire ſe dicunt, an humana ratio ad fines illos cognoſcendos ac detegenda recondita naturae inſtituta ſatis inſtructa atque acuta videri poſſit, quoniam ei, qui ad illos fines perſpiciendos ſe aptum profiteatur, non humanam tantum, ſed vniverſam rerum naturam, quousque patet, peruidiſſe oportebat. Hinc factum eſſe ſaepius, vt finem inepte putauerimus, quem nunquam natura ſibi praeſcripſerat; fere vt ſutoribus tonſoribusque accidit, qui de arcanis regum conſiliis, in popina et triuio ex relationibus ſiue, vt vocantur,

*) Ius mundi vniuerſale cap. 6.

cantur, Nouellis plerumque fallacibus, pro ſuo captu, futilia ſaepius et ineptiſſima garriunt. Nos vero, licet horum opinioni ſubſcribere veremur, hoc affirmare tamen nullo modo dubitamus; certiora voluntatis diuinae ſigna dubiis anteponenda, et in eruendis atque indagandis finibus, quos diuina ſapientia cum rerum vniuerſitatem ordinaret, ſibi propoſuit, plus valere populares ſenſus, quam longas argutationes, nimiumque implicitos ſubtilium ſyllogismorum meandros. Ineſt nimirum in noſtris et animantium corporibus abſconditus ad facienda quaedam omittendaue impulſus, ineſt inſtinctus quidam nullo modo negligendus.

Nam placuit ſuperis, quaerere plura nefas.

Quid enim, nonne aperta illa, quae in medio poſita ſunt, voluntatis diuinae ſigna, nempe inſtinctus, acutis philoſophorum rationibus longe longeque praeferas? In his potiſſimum ſe Deus reuelauit. Foemina marem, mas foeminam naturaliter appetit. Ergo homo, in quo haec naturae vox vociferatur, foeminam ſibi honeſtiſſime iunget, etiamſi plane ſciat, et multis experimentis cognitum habeat, ſe ob fatuitatem aut frigiditatem ſeminis, aut propter ſuam vxorisue obeſitatem, aut ob alias ſibi notas perſpectasque cauſas liberis gignendis imparem fore. Inſolentis propemodum et ambitioſi animi, ſe procuratorem et ſequeſtrum diuini numinis putare, ſeu naturae in adminiſtrando terrarum orbe haſtas velle miniſtrare et Deo quaſi ſubuenire. Erras ardelio! ſi naturam, vt optato potiatur, vt finem ſibi propoſitum attingat, tua ope et ſuſtentaculo tam exiguo indigere arbitraris. Quae enim miſera ſuperbia, ſi quis confectorem ſe negotiorum, quae in coelo intenduntur, et in vniuerſo hoc bene moderando quaſi diuinitatis collegam ſociumque exiſtimet.

Non tali auxilio nec defenſoribus iſtis
Tempus eget.

Meminerimus quaeſo, non imperii nos conſortes, ſed ſeruos immortalis Dei eſſe, qui iuſſa domini expedire et reuereri debemus, non de horum rationibus ſollicitari. Parere ſeruos decet, non rationes mandati explorare. Famulo enim, qui ſibi naſum habere putat et omnes domini reconditas atque arcanas rationes inepta curioſitate penetrare audet,

audet, nihil eſt odioſius. Item in exercitu. Siccine miles non confliget antea, quam explorauerit, vtrum nouiſſima imperatoris iuſſa caeteris eius conſiliis exacte conueniant? *Maligna laus eſt militis*, ait in Annalibus TACITVS, *qui interpretari iuſſa ducum malit, quam exſequi.* Tu in cohorte Dei miles gregarie, homo! mandata Dei clariſſima, indubitata, certa, nempe inſtinctus proſequaris, de iſtorum rationibus autem et finibus

Permittas ipſis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusque ſit vtile noſtris.

Iam vero, *melius eſſe homini*, ait PAVLVS *) *matrimonio iungi*, 23
quam ardere. IDEM et hoc ait: *Vt ſtupra euitentur, ſuam quisque vxo-
rem et ſuum quaeque virum habeat.* Nulla hic de progenie mentio, ne-
que nos orbem terrarum nimis iam, vt opinor, refertum liberis locu-
pletare iubet, ſed, ne dirae medullas flammae exurant, ne ardeatis,
inquit, ne ſtupris polluamini, in matrimonia coite. Eodem modo *in* 24
Can. 6. Cauſ. 32. qu. 2. diuus AVGVSTINVS veros et legitimos coniu-
ges pronunciat, qui ſolius concubitus cauſa ſibimet inuicem copulan-
tur. Audiamus ipſum: *Solet quaeri, cum maſculus et foemina ſibimet, non
filiorum procreandorum, ſed, pro incontinentia, ſolius concubitus cauſa co-
pulantur ea fide media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat,
vtrum nuptiae ſint vocandae? Et poteſt quidem fortaſſe non abſurde hoc ap-
pellari connubium, ſi vſque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit;
et prolis generationem, quamuis non ea cauſa coniuncti ſint, non tamen vi-
tauerint, vt vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant,
ne naſcantur.* Velim hoc diui patris dictum diligentius conſideraſſent
noſtri hac aetate theologi, qui quando ex iis: vtrum, qui corpus cor-
pori miſcere ardet, caeterum autem, ne minimo quidem poſteritatis
quaerendae deſiderio tenetur, caſti coniugis nomine dignus ſit? quae-
ritur, quaſi aſpide conſpecta refugiunt et toto corpore contremiſcunt.
Solent enim ſobolis procreationem vnicum fere, certe primarium, fi-
nem matrimonii eſſe, pleno et aperto ore conclamare. Sed ſalua res
eſt. Nam ſi paulatim permulcendo tractandoque animos eorum man-
ſuefacias et rerum nomina hac ratione mutes, vt, qui propter ample-

*) 1. Cor. 7. v. 2. et 9.

xus ſibi coniugem optat, eum dicas non cupere ſatiari voluptatibus, ſed hoc ſolum facere, vt ſtupra, adulteria et malas concupiſcentias vitet, vt Furias Satanae, quibus exſtimulatur, effugiat, illico miteſcunt, immo iam laudant et matrimonio admittunt. Quaſi autem hoc quicquam ſit aliud, quam palam profiteri, ſolius concubitus cauſa contractum matrimonium iuſtum eſſe? Neque enim video, quid inter has locutiones interſit: ob euitandam intemperantiam nubere, et alteram:
25 extinguendarum libidinum cauſa matrimonium inire. Etiamſi vero quis adeo intemperans non ſit, vt caelibem vitam ſine ſcortis tranſigere nequeat, eius tamen coniugium honeſtae voluptatis cauſa initum vituperare non auſim, cum adiectum noſtrae diſſertationi THEOLOGORVM HALLENSIVM reſponſum, non in omnibus quidem noſtrae ſententiae conſentiens, hoc tamen clariſſime probet: Licere homini propter ſolum concubitum, absque vllo liberos habendi deſiderio, matrimonium inire; ſi modo prolis generationem, vt cum AVGVSTINO loquamur, non euitet vel opere aliquo malo agat, ne liberi naſcantur, quamquam et hoc ipſum crimen minus culpabile videatur, quam ſi quis pueros virilibus exſectis, quod in Italia frequens eſt, eunuchos faciat, aut vitulum caſtret vel ſuem. Nam talis caſtrator non ſolum quominus foetus naſcatur, efficit, verum etiam alteri Numinis propoſito obſiſtit, dum ingeneratam a Deo voluptatem caſtratis adimit, adeoque vtrumque finem tollit, ex quo ſtatim apparet, bis peccando hunc longe grauius committere eo crimine, quod AVGVSTINVS notauit. Nam qui tantum malo opere agit, ne ſibi liberi naſcantur, non niſi vnam legem violat, qui autem deſiderium etiam coitionis caſtratione exſecat; is duas leges ſubuertit, cum ſimul foeturam impediat et delectationem, qua natura cuncta animalia beauit, turpiter iis crudeliterque adimat. Nonne duplex obligatio fortior vna, et binas leges violare grauius videtur, quam alterutri contrauenire? Quod etiam ſcriptae leges probant. Nam in *Conſtitutione* CAROLI V. *Criminali art. 133.* qui pueros euirare audent aut foeminas ſteriles reddunt, capite plectuntur, cum Onaniticum crimen vix relegatione, ſed plerumque aliquot dierum carcere puniatur. Sed quod in hominibus euiratis leges ciuiles prohibent, idem in caeteris animalibus natura vetat. Nam in illa maxima republica et ciuitate, qua ſecundum Stoicos *) homines et animalia

*) SENECA de Otio ſapient. cap. 31.

malia eodem iure fruuntur, inter beſtias et homines parum intereſt. Nam vt homines Deus, ita et boues ſuesque ſe propagare iuſſit, nec hominibus tantum, ſed et ſcarabeis, muſcis, ſuibus, caeteriſque animantibus voluptatis Venereae ſenſum dedit. Ergo quos foecunda Deus eſſe voluit, qui ſterilia efficit animalia, nonne is primarium finem et ſupremum inſtitutum eodem modo interuertit, quam qui cultro homini teſticulos abſcindit. Eadem vtrinque numinis diuini voluntas, ergo et delicta paria, ſi nempe non ciuiles aut in ſacris oraculis reuelatas, ſed ſolas naturae, leges ſpectes.

Iam et philoſophos conſulere iuuat. Non poteſt ſane nobis te- 26
meraria videri aut impia, quam profitemur, doctrina, poſtquam clariſſimum iuris naturalis ſacerdotem, ILLVSTREM DOMINVM DE VATTEL, qui ſua ſapientia et eruditione aulam Dresdenſem mirifice ornat, in aureis ad WOLFII *Ius naturae Obſeruationibus* plane eadem ſentire cognouimus, cuius verba in nota exhibemus. *)

Mm 3 Hac

pune occiditur. GROTIVS *de iure Bell. et P. lib. 2. c. 1. §. 11. 12. 13.*
PVFFENDORF *lib. 2. c. 5. §. 16.* CVIACIVS *lib. 14. Obſ. 15.* Nec ob- 4
ſtat, quod edictum regium contra raptores et fures nouiſſimum *d. d. 14.*
Dec. 1753. non in quoslibet fures ſed tantum in turbam et fures con-
foederatos hoc permittere videatur, his verbis: Daferne bey beſchehen-
der Verfolgung oder ſonſt nöthiger Arretirung ſolcher Perſonen, wider welche,
daß ſie zu einer Rauberbande und Diebesrotte gehören, ſtarker Verdacht vor-
handen, ſelbige ſich zur Wehre ſtelleten oder aller Warnung ungeachtet ſich
widerſezeten, ſol, wenn ſie anders nicht zu erlangen, auf ſelbige Feuer gege-
ben werden, ohne daß derjenige, ſo auf ſie gefeuert und ſie verwundet, oder
gar darnieder geſchoſſen und geſchlagen, woferne nicht große Exceſſe dabey
concurriren, der Inquiſition oder einiger Strafe ſich zu beſorgen hat. Haec
enim paragraphus non agit de fure vero, eoque aufugiente, ſed de ho-
minibus in viſitatione repertis de quibus, an fures ſint? non ſatis certe
conſtat, immo hoc potius ex lege colligo in furem fere omnia licere.
Ergo, vt quae dicta ſunt, contraham: Impune licet occidere fu- 5
rem ſiue nocturnum ſiue diurnum, ſi iam cum rebus meis ſe proripiat
atque difficillima videatur recuperatio, aut ſi telo minetur. Nempe
difficilis perſecutio impoſſibili comparatur. Contra vero ſi fur noctur-
nus nondum quid abſtulerit, ſed tantum ſcalam adſcenderit, aut ſi furi

diurno parcere potuerim ſine meo ſiue vitae, ſiue membrorum, ſiue rerum periculo, vix perpetuae relegationis, quam CARPZ. *Pr. Crim. Quaeſt. 32.* ſuadet, ſed tantummodo ſex ſeptimanarum carceris poena.

6 Nos tamen menſe Februario 1767. cuſtodem ſyluae, qui, poſtquam ter clamaſſet: *Canaille* ſtehe! aufugienti furi lignario eique ignoto granula ſclopeto igniuomo plumbea pedibus iniecerat, vt miſere vulneratus inde cruciaretur in biennium relegauimus, quoniam non noctu ſed in luce hoc fecerat, nec fur quicquam abſtulerat, atque ſimul eum in Heilerlohn und Verſäumniß condemnauimus pretio doloris denegato. Viſa autem haec ſententia pluribus nimis dura, qui ſex ſeptimanarum carceres absque inquiſitione dictandos, abunde exiſtimabant ſufficere.

7 Nolim autem quae dixi applicari ad eos, qui in nundinis ſaccularios ſibi quidquam ſurripientes, nec tamen ſe telo defendentes, plagis crudelibus feriendo occidunt, tunc enim corporis afflictiua obtinebit. Quare? quoniam hic in iam deprehenſo nulla fugae ſuſpicio, nullum vitae periculum, ſed facilis rerum ablatarum recuperatio et iudicis in promtu copia. LEYSER *Spec. 601. med. 19.*

OBSERVATIO CCCXCV.

Aduocatis ſportulas ex actis liquidas petentibus non opponendae exceptiones altioris indaginis.

1 Ita menſe Iulio 1767. praefecto Querfurtenſi reſpondimus: Dieweil nach Maaßgebung der Erl. Proc. Ordn. *ad tit. 7. §. 4.* denen Sachwaltern, zu Bezahlung ihrer Gebühren, vermittelſt der Execution, ſchleunig verholfen werden ſol, mithin derer Beklagten zu beſonderer Ausführung gehörige Ausflüchte, die ſie auch um deswillen, weil die Sache geringfügig, alſo fort hätten beybringen müſſen, bey dieſen in den Rechten alſo verſtatteten executiviſchen Verfahren in keine Erwegung genommen, übrigens der Grund der Klage ſich zwar nicht aus einer Handſchrift, jedoch aus denen Acten ſatſam ergiebet, ſo ſind Beklagte 25 Thlr. 22. gr. als worauf die geforderte Summe hiermit gemäßiget wird, ſo viel ſie daran durch richtige Quittungen zu mindern nicht vermögen, bey Vermeidung der Hülfe, Klägern zu bezahlen ſchuldig; Es bleibet ihnen aber ihre gegen ihm habenden Anſprüche beſonders zu ſuchen, unbenommen.

OBSERVATIO CCCXCVI.

Deſidioſus tutor ſtatim conueniri poteſt, nec opus, vt antea debitor excutiatur.

De non exactis debitis tutor non tenetur, niſi ſingularis deſidiae reus ſit.

Integrum pupillo per venditionem, transactionem aut alium contra- 1
ctum laeſo, vtrum debitorem ſuum, an tutorem conuenire velit, nec tutori licet dicere: excutias ante omnia debitorem, nec debitori: excutias tutorem, *L. 3. C. ſi tut. vel curat. interv.* WERNHER *P. 1. Obſ. 264. num. 4. et in ſupplem.* MEVIUS *P. 7. Deciſ. 287.* Quod autem WERN- 2
HER *P. 4. Obſ. 33.* ait, tutorem etiam de debitis teneri, quae iuſto tempore non exegit, etiamſi debitores ſoluendo ſint, non probo. Quomodo enim tutor teneatur, ſi nulla affuerit laeſio? Itaque dictatum noſtrum intelligere volumus de tutore deſidioſo, qui contrahens cum tertio, culpa vel dolo pupillum laeſit. Neque enim par eſt, vt tutores nimium vrgeamus et quod praetor auerſatur, modica curemus. Adde Obſeruationem CCCCLXII.

OBSERVATIO CCCXCVII.

Abſolutus in proceſſu Executiuo propter diffeſſionem iuratam nihilominus Ordinarie conuenitur. Neque tamen creditor tunc in probatione mutui documento eiurato vti poteſt.

Qui ob contumaciam in proceſſu executiuo condemnatus eſt, tamen exceptiones per modum non quidem reconuentionis attamen ſeparatim inſtituendae actionis deducere poteſt.

Idem etiam in proceſſu Ordinario obtinet.

Negat id quidem BERGER *in Supplem. ad Elect. Diſc. For. Parte 2.* 1
tit. 25. §. 7. pag. 549. atque ſeptem argumentis demonſtrare nititur,

titur, in proceſſu executiuo ſemel abſolutum ſemper abſolutum eſſe, nec petitori, qui repulſam tulit, regreſſum patere ad proceſſum ordinarium. Nam modum, quo rem petam, non variare cauſam, ſi quidem vt rei iudicatae locus detur, non amplius, niſi vt eaedem ſint perſonae, vt res ſit eadem, denique vt eadem ſit agendi cauſa, requiri; *L. 1. L. 12. L. 14. L. 27. ff. de exc. rei iudic.* Deinde iura variantibus non fauere, nec remedio vno electo aliud licere; *L. 21. §. vlt. ff. quod met. cauſ. Cap. 21. de regul. iur. in 6to.* vt caeteras eius concluſiones taceam admodum, quos non diffiteor eſſe ſpecioſas.

2 At nihilo minus contrarium ſtatuo *arg. L. 7. §. 1. ff. de compenſ.*

3 Quid quod? ſi etiam reus ob iuratam diffeſſionem abſolutus fuerit, dico regreſſum patere ad ordinarium proceſſum. Nam hoc iureiurando reus non aliud euicit, niſi chirographum hoc falſum eſſe. Itaque ſi extra hoc chirographum petitor alia documenta aut teſtes habeat, in proceſſu ordinario audiendus erit. MEV. *P. 3. Deciſ. 172. et P. 3. Deciſ. 278.* Nam vt reo recognoſcenti via ordinaria reconuentionis non praecluditur, ita eo diffitente actor eodem modo viam ordinariam eliget, vt ſic petitor et is, a quo petitur, ad paria iudicentur, neque actori non permiſſum ſit, quod reo licet. Scilicet quemadmodum effectus recognitionis ex parte rei non talis eſt, vt in perpetuum ſuccumbat, ita effectus diffeſſionis non poteſt talis eſſe, vt nunquam petitor
4 vincere poſſit. Vt autem exceptio rei iudicatae locum habeat, non ſolum requiritur, vt perſonae ſint eaedem et res eadem, verum etiam vt idem plane ſit fundamentum actionis ſiue vt clarius dicam eadem obligationis cauſa; *L. 11. §. 2. L. 14. L. 25. L. 27. L. fin. ff. de exc. rei iud.* At vero in proceſſu executiuo fundamentum actionis eſt contractus chirographarius; proceſſus autem ordinarius, qui deinde inſtituitur, innititur condictioni certi ex mutuo. Non ergo eadem, ſed diverſae, obueniunt actiones, diuerſae cauſae petendi. In Saxonia autem Electorali mouet ſcrupulum *§. 9. Appendicis:* quem diſſoluit ſequens Collegii reſponſum: Hat Chriſtoph Strauß ein Darlehn an 150 fl. von Michael Seyferten erborget, und darüber eine Schuldverſchreibung ausgeſtellet, Seyfert auch nachher wider ihn aus ſothaner Urkunde Klage erhoben, wovon jedoch lezterer durch eingeholtes rechtliches Erkenntnis, nachdem er ſolche Verſchreibung eidlich abgelehnet, freygeſprochen worden: daher

Ob ermeldeter Seyfert annoch in den ordentlichen Proceße wider gedachten Straußen, auch ohne demſelben die im Executiv Proceße erwachſene Koſten zu erſtatten, auf Bezahlung der erborgten 150 fl. zu klagen berechtiget ſey?

Unſer den Geſezen gemäſer Unterricht begehret wird.

Ob nun wohl die Rechte nicht verſtatten, daß jemand aus einerley Grund durch verſchiedene Klagen in Anſpruch genommen werde,

l. 1. 12. 14. 27. D. de except. rei iud.

vielmehr derjenige, welcher einmal von der Klage entbunden worden, in der Regel gegen alle weitere dieſerhalb zu machende Anforderung durch die Einrede eines erlangten rechtskräftigen Urtels, ſich zu ſchüzen vermögend: einige Rechtslehrer aber ſolches auch auf den Fall, wenn der Beklagte von dem Executiv Proceße, durch eidliche Aberkennung der Urkunde ſich befreyet, nicht ohne wahrſcheinliche Gründe anwenden, und, daß alsdenn Kläger den ordentlichen Proceß nicht anſtellen könne, erweißlich zu machen ſich bemühen:

RIVIN. Tit. XXV. Enunc. 27.
BERGER Suppl. Elect. Diſc. For. P. II. Tit. XXV. ad n. VII. p. 549.

dieſes auch um ſo mehr für richtig angenommen werden dürfte, jemehr bey der im Executiv Proceße angeſtelten Klage, wie von Klägern nach den beygefügten Privat-Acten ebenfalls geſchehen, die Erborgung eines Darlehns als die Urſache der ausgeſtellten Verſchreibung angeführet zu werden pfleget, mithin ſothane Klage nicht blos auf den chirographariſchen Contract, ſondern auf das mutuum ſelbſt, ſich zu gründen, und Kläger, wenn er nachher den ordentlichen Proceß anſtellet, nicht ſowohl aus einem verſchiedenen fundamento agendi zuklagen, als vielmehr nur in den Beweiß Mitteln eine Veränderung zu unternehmen ſcheinet, welches jedoch demſelben, nachdem er einmahl einen andern Weg erwehlet, auch der über die Schuldforderung anhängig geweſene Proceß bereits rechtskräftig entſchieden, ordentlicher Weiſe nicht ferner frey ſtehet, vielmehr Klägern in ſolchem Falle, wie er es ſich ſelbſt beyzumeſſen habe, daß er nicht gleich Anfangs des Beweiſes durch Zeugen ſich bedienet, ſondern dieſen lediglich auf die angegebene Urkunde geſezet, und, ob Beklagter ſolche von ſich geſtellet, deßen Gewißen überlaßen, entgegen geſezet werden dürfte: dieſes auch dem erſten Anſehen nach, um deswillen keinem Zweifel unterworfen, weil in dem Anhange der Erl. Proceß Ordnung §pho 9. daß

daß daferne Kläger Beklagten zur eidlichen Diffeßion nicht laßen, ſondern lieber ordinarie klagen wolte, ihm ſolches nur ſo lange nicht deshalber res iudicata vorhanden, nach Erſtattung der von Beklagten wirklich aufgewandten Unkoſten, zu thun unbenommen ſeyn ſolle,

ausdrüklich verſehen: wannenhero, als obgedachtem Seyferten einiges ferneres Befugnis zu klagen nicht zuſtehe, daferne aber ſolches Statt finde, daß derſelbe auch zu Erſtattung der im Executiv Proceße erwachſenen Koſten, da dieſe in dem geſprochenen Urtel bereits gegen einander aufgehoben, nicht aufgehalten ſey, vermeinet werden möchte;

Dennoch aber und dieweil mehrere Klagen über einen Gegenſtand nur alsdenn, wenn ſie aus einerley Grunde herflieſen, nicht zuläßig, dahingegen ſelbige aus verſchiedenen fundamentis agendi gar wohl angeſtellet werden mögen, und aus dem in der einem erfolgten Rechtsſpruche in der andern exceptio rei iudicatae keinesweges entgegen zu ſezen:

l. 14. 17. D. de except. rei iud.

die im Executiv Proceße angeſtelte Klage aber ſich nicht auf das mutuum ſelbſt, ſondern nur auf den von Beklagtem durch Ausſtellung der Verſchreibung eingegangenen chirographariſchen Vertrag, gründet, und hierwider der Umſtand, daß Kläger in ſothaner Klage die beſchehene Erborgung ſelbſt mit angeführet, nicht in Betrachtung kommen kann, weil von dem Vorbringen in der Klage jederzeit nur auf dasjenige, was ein verdammendes Urtheil gegen Beklagten bewirken mag, Rückſicht zu nehmen, das übrige aber, weil es als überflüßig anzuſehen, einem Kläger weder zum Vortheil, noch zum Nachtheil, gereichet; die Entſcheidung auch beym Executiv Proceße nicht davon, ob der Beklagte wirklich ein Darlehn erhalten, ſondern lediglich, ob er in einer Urkunde, ein gewißes Quantum überkommen zu haben, bekannt, abhanget, immaßen nach dem 11ten §pho des Anhanges der Erl. Proc. Ordn. demſelben nicht einmahl exceptio non numeratae pecuniae weiter zu Statten kommt, der vonſeinigen darwider gebrauchte Einwand hingegen, als ob der Executiv Proceß außer dem Chirographo ſich zugleich auf contractum mutui, als cauſam debendi, gründe,

BERGER cit. l.

nunmehr, da nach dem 5ten §pho des Anhanges der Erl. Proc. Ordnung die Anzeige der leztern in Documentis quarentigiatis nicht weiter erforderlich,

lich, mithin bey Abfaßung des Endurtheils nicht in Erwägung zu ziehen iſt, von ſelbſt hinweg fällt, vielmehr hieraus, daß heut zu Tage im Executiv-Proceße der chirographariſche Contract allein zum Grunde liege, ſich ergiebet, ſolchemnach Beklagter Strauß, da ſelbiger durch eydliche Ablehnung der ihm vorgelegten Urkunde nach der gewöhnlichen Eydes Notel nur ſo viel, daß er ſolche nicht ausgeſtellet, keinesweges aber, daß er das Darlehn ſelbſt nicht erborget habe, erhalten, durch die im Executiv Proceße erlangte befreyende Sentenz gegen die auf den Contract des mutui gegründete ordentliche Klage ſich zu ſchüzen nicht vermag, da bekanntermaßen res iudicata im engſten Verſtande anzunehmen, über die Grenzen der Klage aber worauf ſie erfolget, dieſelbe keinesweges zu erweitern: überdem Beklagter beym angeſtellten Executiv Proceße ſeiner Einreden, ſo weit ſie daſelbſt nicht erörtert werden können, nicht verluſtig, ſondern ihm deren Ausführung in der abſonderlich anzuſtellenden, oder Wiederklage vorbehalten wird, daher Klägern in Anſehung ſeiner auf einem verſchiedenen Grunde beruhende Anſprüche ein gleiches Befugnis ohne offenbare Unbilligkeit, welcher die Rechte entgegen, nicht zu verſagen: dieſem auch die in den Zweifels Gründen angezogene Verordnung des Anhanges der Erl. Proc. Ordn. §. 9. keinesweges entgegen zu ſezen, anerwogen ſelbige nach der Analogie der Rechte nicht von dem Falle, wenn Kläger aus einem verſchiedenen fundamento agendi, Beklagten in Anſpruch zu nehmen befugt, zu verſtehen, weil ſolches die Geſeze obangezogener maßen in jeder Art des Proceßes verſtatten, mithin erwehnter 9ter §phus ſo zu erklären, daß dadurch die Fürſehung gemeiner Rechte ſo wenig, als es der Wortverſtand leidet, abgeändert werde, aus lezterem aber dergleichen Abänderung nicht nothwendig zu folgern ſtehet, vielmehr oft gedachter §. 9. des Anhanges der Erl. Proces Ordnung, in Vergleichung mit dem 5ten §pho ad Tit. XXV. lediglich den Fall voraus ſezet, wenn Kläger, daß Beklagter die im Streit befangene Urkunde wirklich ausgeſtellet habe, im ordentlichen Proceße darzuthun gemeinet, als welches, der Natur der Sache nach, erſterm nur ſo lange, bis lezterer zur eydlichen Ablehnung durch ein rechtskräftiges Urthel ein Befugniß erlanget, frey ſtehet, da denn ſolchen Fals zwar der Beweis durch ſothane Urkunde hinweg fällt, dem Kläger aber ſolchen durch andere Mittel, als, nach der eingerichteten Geſchichts Erzehlung, durch Zeugen, welche bey der Auszahlung ſich gegenwärtig befunden, oder, gegen welche Beklagter ſich zur Schuld bekannt, zu führen unbenommen bleibet: welche Meinung auch durch den Gerichtsbrauch beſtätiget wird, immaßen, zum Beyſpiel, vor dem

dem Handelsgerichte zu Leipzig auch nach erfolgter eydlicher Diffeßion eines Wechſels, wenn Kläger die Richtigkeit der Forderung im ordentlichen Proceße beygebracht, der Schuldner nichts deſtoweniger in die Zahlung verurtheilet wird:

endlich die Erſtattung derer Unkoſten nach Maasgabe der Erl. Proc. Ordn. ad Tit. V. §. 9. in dem Falle, wenn Klr. im modi agendi die Klage verändert zu bewirken iſt, daher ſelbige gegenwärtig, da die Klage aus einem andern Grunde angeſtellet wird, ebenfalls ihre Anwendung findet;

So iſt Michael Seyfert wider Chriſtoph Straußen, der ihm vorgeſchoßenen 150 fl. halber eine anderweite Klage im ordentlichen Proceße zu erheben wohl befugt, jedoch letzteren die im Executiv Proceße erwachſene Koſten auf Verlangen zu erſtatten verbunden.

5 Tandem ſi in ſententia proceſſus executiui clauſula: Jedoch bleibet ihm ſeine auf weiterer Ausführung beruhende Ausflüchte durch angeſtelte Wiederklage, oder auch beſonders an und auszuführen unbenommen, omiſſa fuerit, nihilominus reus eas in ſaluo habet, adeo quidem, vt etiamſi ob contumaciam, quae omnes exceptiones tollit, condemnatus fuerit, tamen exceptiones ſuas, non quidem per modum Reconuentionis, attamen in ſeparato proceſſu, coram magiſtratu aduerſae partis ordinario nihilo minus deducere poſſit.

Eadem in proceſſu Ordinario valent, vt ſcilicet exceptiones quondam omiſſas aut reiectas per modum actionis ſeparatim deducere liceat O. P. R. ad tit. 39. §. 6. CARPZ. *P. 1. Conſt. 8. Defin. 5.* LANGER *de Except. P. 3. cap. 17. num. 69.* Adde Obſ. DCCXXIV. in qua demonſtrauimus exceptionem rei iudicatae ei opponendam, qui antea actor erat, non ei qui antea reus.

OBSERVATIO CCCXCVIII.

Interdum fertur ſententia locationis extra concurſum.

6 Saepe iudices, cum ſperant maſſam demortui alicuius, potiſſimum ſi heredem non habeat, creditoribus ſufficere, aut e contrario facultates adeo tenues eſſe, vt operae pretium non ſit, curatorem conſtituere,

ſtituere, edictalibus omiſſis, creditores, qui adſunt, patiuntur ſuper prioritate inter ſe litigare, qui in ſententia deinde legali ordine locantur, inprimis ſi non adſint, qui vt concurſus proceſſus aperiatur, vrgeant. At, dixerit aliquis, hanc ſententiam, ſi deinde potiores credi- 2
tores ſuperuenerint, ipſo iure nullam eſſe, vtpote quibus ſine edictali
citatione ſua iura ſubtrahi non potuerint. Reſpondeo, ſe fere rem eo- 3
dem modo habere, quo heres inuentarii cum beneficio hereditatem cernens venientibus primis creditoribus ſoluit et, dummodo fraus omnis abſit, tardius venientes repellit: L. *22.* §. *4.* *C. de iure delib.* Iam ſupra Obſerv. CCXCV. diſtinctionem inter einen Credit-Weſen et Concurſum attulimus. Adde inferiorem Obſeruationem DCXVII. et DCXXXI.

OBSERVATIO CCCXCIX.

Contra locatorem et venditorem dirigitur interpretatio. Sed etiam contra mandantem, commodatarium et deponentem.

Clarius loqui debuit is, qui ſingulare quid et irregulare deſiderat.

Cum ſaepius ambigatur, quisnam ille ſit, qui clarius loqui debuiſ- 1
ſet? hoc in venditione leges diſſertae declarant. L. *21. et* L. *33. ff.*
de contrah. emt. L. *172. ff. de reg. iur.* Item in locatione; ſi quidem L. 2
39. ff. de pact. PAPINIANVS ait. *Veteribus placet, pactionem obſcuram vel ambiguam venditori et qui locauit, nocere, in quorum fuit poteſtate legem apertius conſcribere.* Cuius legis rationem in libro: von Kriegsſchäden p. 13. hanc reddit illuſtris WINKLER: weil natürlicher Weiſe zuförderſt der Eigenthumsherr das Seinige zum Verkaufe oder zum Verpachten beſtimmen und ausſezen (addo: alſo mit Vorlegung des Anſchlages und Beſchreibung des Grundſtückes den Anfang machen) muß, ehe der Abekäufer oder Pachter ſich mit ihm über den Kauf oder Pacht einlaſſen kan, ſo iſt nichts billiger, als daß jener auch die Bedingungen, unter welchen er die Sache zu verkaufen oder zu verpachten gedenke, deutlich und ohne Zweydeu-

tigkeit eröfne. Nam quod interrogans in ſtipulatione, hoc in his con-
tractibus locator et venditor, cum ob ſimilitudinem rerum conducto-
3 res et emtores promittentibus comparari poſſint. At contra ſtipula-
torem inſtituendam interpretationem eſſe, inter omnes conſtat. L. *99.*
ff. de verb. oblig. Ob hanc legis rationem non dubito etiam contra do-
minum emphyteuſeos, mandantem, commodatarium et deponentem
adeoque generaliter aduerſus omnes, qui ſtipulatoris vice functi et
4 prius allocuti ſunt, pronunciare. In caeteris contractibus autem, ſi
dubium ſit, quisnam ille ſit, qui clarius loqui debuiſſet: reſpondeo
eum loqui clarius debuiſſe, qui ſingulare quid et abnorme praetendit.
5 LEYSER *Spec. 41. Meditat. 4.* Exceptio tamen, ſi conductor ſibi
quasdam conditiones ipſe adiecerit, tunc enim contrarium obtinet,
quia obſcuritas legum contractui adiectarum nocet ei, qui legem dixit.
L. *39.* iunct. L. *33. et 34. ff. de contrah. emt.* Vide etiam ſupra Obſ.
CCXVIII. Tandem etiam contra eum facienda in dubio contractu,
qui in eo nititur, ex eo vtile quaerit, adeoque illum pro ſe adducit, nec
non contra eas obligationem quae quaſi tacitam renunciationem in ſe
continent pro renunciante aduerſus eum qui contractui innititur.

OBSERVATIO CCCC.

Sponſalium diſſoluendorum iuſtae et ſpuriae cauſae.

Repudii iuſtae cauſae cum a iudicis arbitrio potiſſimum pendeant, vt ſaltim aliquam in ea re habeamus cynoſuram, exempla enumerabo vitiorum, quae repudio locum dederunt, et ſic materiam iam ſupra Obſ. LXXI. coeptam continuabo, deinde ſubiungam exempla cauſarum, quae quodammodo probabiles quidem nec tamen legitimae viſae ſunt. Diſſoluuntur ergo ſponſalia publica:

I. Si ſponſus decoctis bonis conturbet. Nec enim dolo caret, qui ſuarum fortunarum ſtatum futurae ſociae non detegit. Item ſi quis ſua culpa pauper factus ſit per aleam. Contra vero ſi ſola fatorum inclementia per incendium, incurſionem hoſtium, aut alios caſus iacturam bonorum ſenſerit, nullus repudio locus, ſi modo tantum ſuperſit, vt vxorem honeſte alere poſſit. Sponſae paupertas incidens vix liberat

berat ſponſum, niſi certam dotem, quam praeſtare iam non poſſit, ei promiſerit, nam ſcire debebat mariti officium eſſe, vxorem alere et affectu, non dotibus, contrahi matrimonia. Nolim ergo adflictae adflictionem addere.

II. Per biennium ſponſus, ſi praeſens fuerit, ſponſam non ducens eam ob moram ſuam ab obligatione liberat. Contra abſentem vero, qui lateat, non obſeruato amplius iuris Romani triennio, ſtatim proceſſus deſertionis inſtitui poteſt *cap. 5. X. de ſponſal.* BÖHMER *Ius Eccleſ. Proteſt. T. 3. pag. 235.*

III. Ob quaelibet vitia latentia, ſiue corporis ſiue animi, quae, quoniam omnis fraus abeſſe debet, ſibi aperire tenentur matrimonium inituri. Nam ſi in emtione et venditione *in* L. *1. §. 1. ff. de aedit. edict.* aediles edixerunt: *Qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores, quid morbi vitiique cuique ſit, quis fugitiuus erroue ſit, noxaue ſolutus non ſit, eaque omnia palam recte pronuncianto*, id multo magis in futuro matrimonio neceſſarium, vt nulla ratione dubitem, totum hoc aedilitium edictum noſtrae aptare materiae. Itaque ſoluentur ſponſalia, ſi *foetor oris* moleſtet, quem alter non ſenſit prius, quam oſculum daret. L. *12. §. 4. ff. de aedil. edict.* Vnde maiores noſtros non puduit, etiam experimentum corporis et tentamen morum rigoroſius praemittere. Hoc moribus difforme, ſed naturae conſentaneum. Eſt tamen apud quosdam populos barbaros, quid quod in ipſa Germania mos non infrequens, de quo Halenſis iureconſultus FISCHER in **Probenächten der teutſchen Bauer Mädchen**, haec commentatur: Beynahe in ganz Teutſchland und vorzüglich in der Gegend Schwabens, die man den Schwarzwald nennet, iſt unter den Bauern der Gebrauch, daß die Mädchen ihren Freyern lange vor der Hochheit ſchon diejenige Freyheit über ſich einräumen, die ſonſt nur das Vorrecht der Ehemänner ſind. Doch würde man ſehr irren, wenn man ſich von dieſer Sitte die Vorſtellung machte, als wenn ſolche Mädchen alle weibliche Sitſamkeit verwahrloſt hätten, und ihre Gunſtbezeugungen ohne alle Zurückhaltung an die Liebhaber verſchwendeten. Nichts weniger! Die ländliche Schöne weis mit ihren Reizen auf eine eben ſo kluge Art zu wirthſchaften, und den ſparſamen Genuß mit eben ſo vieler Sprödigkeit zu würzen, als immer das Fräulein am Puztiſche.

So bald ſich ein Bauermädchen ſeiner Mannbarkeit zu nähern anfängt, ſo bald findet es ſich, nachdem es mehr oder weniger Vollkommenheiten beſizt, die hier ungefähr im ähnlichen Verhältniſſe, wie bey Frauenzimmern von Stande, geſchäzt werden, von einer Anzahl Liebhaber umgeben, die ſo lange mit gleicher Geſchäftigkeit um ſeine Neigung buhlen, als ſie nicht merken, daß einer unter ihnen der Glüklichere iſt. Da verſchwinden alle Uebrigen plözlich, und der Liebling hat die Erlaubniß, ſeine Schöne des Nachts zu beſuchen. Er würde aber den romantiſchen Wohlſtand ſchlecht beobachten, wenn er den Weg gerade zu durch die Hausthüre machen wolte. Die Dorfsetiquette verlangt nothwendig, daß er ſeine nächtliche Beſuche durch das Dachfenſter bewerkſtellige. Wie unſere ritterbürtige Ahnen erſt dann ihre Romane glüklich geſpielt zu haben glaubten, wenn ſie bey ihren verliebten Zuſammenkünften unerſteigliche Felſen hinan zu klettern und ungeheure Mauern herab zu ſpringen gehabt, oder ſich ſonſt den Weg mit tauſend Wunden hatten erkaufen müſſen, eben ſo iſt der Bauerkerl nur dann mit dem Fortgange ſeines Liebesverſtändnißes zufrieden, wenn er bey jedem ſeiner nächtlichen Beſuche alle Wahrſcheinlichkeit für ſich hat, den Hals zu brechen, oder wenn ſeine Göttin, während dem er zwiſchen Himmel und Erde in gröſter Lebensgefahr dahängt, ihm aus ihrem Dachfenſter herunter die bitterſten Nekereyen zuruft. Noch in ſeinen grauen Haren erzehlt er mit aller Begeiſterung dieſe Abenteuer ſeinen erſtaunten Enkeln, die kaum ihre Mannheit erwarten können, um auf eine eben ſo heldenmütige Art zu lieben.

Dieſe mühſame Unternehmung verſchaft anfangs dem Liebhaber keine andere Vortheile, als daß er etliche Stunden mit ſeinem Mädchen plaudern darf, das ſich um dieſe Zeit ganz angekleidet im Bette befindet, und gegen alle Verrätereien des Amors wohl verwahrt hält. So bald ſie eingeſchlafen iſt, ſo muß er ſich plözlich entfernen, und erſt nach und nach werden ihre Unterhaltungen lebhafter. Ja in der Folge giebt die Dirne ihrem Buhler unter allerley ländlichen Scherzen und Nekereyen Gelegenheit, ſich von ihren verborgenen Schönheiten eine anſchauliche Erkentniß zu erwerben, läßt ſich überhaupt von ihm in einer leichtern Kleidung überraſchen, und geſtattet ihm zulezt alles, womit ein Frauenzimmer die Sinnlichkeit einer Mannsperſon befriedigen kan. Doch auch hier wird immer noch ein gewißes Stufenmaß beobachtet, wovon mir aber das Detail anzugeben, die Zärtlichkeit des heutigen Wohlſtandes verbeut. Man kann indeß vieles aus der Benennung

Probenächte errathen, welche die lezteren Zuſammenkünfte haben, da die Erſtere eigentlich **Kommnächte** heißen.

Die Probenächte werden alle Tage gehalten, die Kommnächte nur an den Sonn- und Feyertagen und ihren Vorabenden. Die erſtere dauren ſo lange, bis ſich beyde Theile von ihrer Tauglichkeit zur Ehe genugſam überzeugt haben, oder bis das Mädchen ſchwanger wird. Hernach thut der Bauer erſt die förmliche Anwerbung um ſie, und das Verlöbniß und die Hochzeit folgen ſchnell darauf. Unter den Bauren, deren Sitten noch in großer Einfalt ſind, geſchieht es nicht leicht, daß einer der ſein Mädchen auf dieſe Art geſchwängert hat, ſie wieder verließe. Er würde ſich ohnfehlbar den Haß und die Verachtung des ganzen Dorfs zuziehen. Aber das begegnet ſehr häufig, daß beyde einander nach der Erſten oder Zweyten Probnacht wieder aufgeben. Das Mädchen hat dabey keine Gefahr, in einen üblen Ruf zu kommen; denn es zeigt ſich bald ein anderer, der gern den Roman mit ihr von vorne anhebt. Nur dann iſt ihr Name zweideutigen Anmerkungen ausgeſezt, wenn ſie mehrmals die Probzeit vergebens gehalten hat. Das Dorfpublikum hält ſich auf dieſen Fall ſchlechterdings für berechtiget, verborgene Unvolkommenheiten bey ihr zu argwöhnen. Die Landleute finden ihre Gewohnheit ſo unſchuldig, daß es nicht ſelten geſchieht, wenn der Geiſtliche im Orte einen Bauren nach dem Wohlſeyn ſeiner Tochter frägt, dieſer ihm zum Beweiſe, daß ſie gut heranwüchſen, mit aller Offenherzigkeit und mit einem väterlichen Wohlgefallen erzehlt, wie ſie ſchon anfingen, ihre Kommnächte zu halten. **Keyßler** giebt in ſeinen Reiſen uns eine ſehr drollichte Erzehlung von einem Proceße, den die Bregenzer Bauren ehmals zur Vertheidigung einer ſolchen Gewohnheit geführt haben, die ſie fügen nennen. Die Kaſuiſten, die ſich eben nicht immer von den erlaubten und unerlaubten Begattungsarten die richtigſten Begriffe machen, und manchmal dasjenige für Sünde halten, was keine iſt, und dasjenige nicht dafür halten, was doch eine iſt, ereiferten ſich von jeher ſehr über dieſen ländlichen Gebrauch. Er muſte ihnen daher ſehr oft zum Stoffe dienen, ihre Beredſamkeit auf eine ſehr vortheilhafte und pathetiſche Weiſe zu zeigen. Die katholiſchen Landprieſter, die mit dem Charakter ihrer Seelenbefohlnen zu weilen etwas näher, als die Proteſtanten mit den Ihrigen bekannt ſind, und mithin die Untadelhaftigkeit dieſer Sitte beſſer einſehen, äußern darüber mehr Duldſamkeit als die Leztere, die nie unterlaſſen, ihre Bauren deswegen mit den heftigſten Straf-

pre-

predigten zu verfolgen, und weil doch leider heutzutage, wo die Welt ſo ganz im Argen liegt, dieſe Züchtigungen nicht allezeit von Wirkung ſind, ſo verabſäumen ſie keine Gelegenheit, zu Vertilgung dieſes heidniſchen Greuels den weit kräftigern weltlichen Arm zu Hülfe zu rufen. Wenn es der Wohlſtand nicht unterſagte, gewiſſe Forſchungen allzuweit zu verfolgen, und ihr endliches Reſultat enthüllt darzuſtellen, ſo könnte ich jeden leicht überführen, daß dieſe Sitte nicht nur in der Phyſiologie des Menſchen gegründet, ſondern auch eine für die Bevölkerung ſehr heilſame Anſtalt ſey.

Es hat ſchon lange Grupen de vxore theotiſca beobachtet, daß ſich in ältern Zeiten alle teutſchen Bräute vor der Hochzeit Nacht hätten beſchlafen laſſen. Der Profeſſor Köhler liefert uns eine juriſtiſche Urkunde, nach welcher Graf Johann IV. von Habsburg, da er ſchon ein halbes Jahr lang die nächtliche Probezeit mit Herzlande von Rappoltſtein gehalten hatte, zulezt von ihr den Korb bekam, weil ſie ihn der Untauglichkeit beſchuldigte. Die Urkunde lautet alſo:

Es iſt zu wißende, do mein Bruder Ulrich ſelige von Rappoltſtein ſein Dochter Herzlande meine Mume gelobte Graue Rudolfs Son von Habespurg, do lag derſelb ſein Sun Hanß bey meiner Mumen vorgenant under allen Molen wol vf ein halb Jor, vnd daß er dozwiſchen mit Jr nie geborte in der Moßen, als ob er ein Mann were — — —

Jtem darnach wart, do wart min Bruder ſelige ſiech vndt do er ſterben wolt — de befalch er am Dotbette, — daß ſiene Dochter an Graue Rudolffs Sunes Bette nimmermer gelegen ſolte, ſie empfindent den vorhin, daß er ein Mann were — — do antwurtete min Bruder vndt ich imme (dem Grafen Rudolf von Habſpurg) were es Goz wille vndt daß es ſin ſollte vndt er verfänglich were zu einem Manne, daß wir ſie (die Herzland) deme nieman baßguntent, deme imme, aber min Bruder ſelge hätte uns verbotten an ſinne Tode, daß wir ſie nimmer ſolten laßen kommen an ſin Bette, wür wüſten denne vorhin von andern Frauen, daß er ein Mann were, vndt daß er Frowen haben möchte, vndt antwurteten imme noch me, wür woltend imme fürſtöllen zweinzig oder drißig Frouwen, wenne eine etwenne einer mag vndt der andere müt, well er da under denn haben möchte, wür wol-

wolten imme denne Wir vndt Gut antwurtten vndt geben, das verſprach er och. — Do antwurtet er vns vndt ſprach, ſin Sun der möchte woll, da ſprach ich vndt ſchwur, — wür wolten immene hundert Frowen fürſtellen, ſolten wür ſie joch Kölle holen, vndt werle er vnder den allen möchte, ſo wolten wür imme Wir und Gut geben. — — Item och iſt zu wißende, daß Groff Rudolfes Sun von Habespurg in dieſen Zieten gefürrt wert gen Straspurg, zu dem beſten Arzette, der do was, vndt hatt ime da gerne ein Ding gemacht, vndt lag och by demſelben Arzette lange zyt zu Straßpurg, by Meiſter Heinrich von Sachſen, der der beſte Meiſter iſt den man finden kann, vndt hiengent ime an, in eine Bad, an ſin Ding ettwie viel Bliges, wohl fünfzig Pfundt ſchwer, vndt pflaſterten ine, abs menlich ſeitt, vndt verfieng alles nüt, daß ſü imme gemachen konnten, daß er verfenglich were zu Frowen. Tu vero! humaniſſime Lector ex his intelliges, quam mirae ſint leges, quae anticipatum concubitum carcere puniunt. Iuſti ſunt et legitimi liberi poſt ſponſalia concepti et punitur tamen, quod legitimos producit effectus. O! ſi cum Friderico magno aliquando ſaperemus.

IV. Si noctu in lectum mingat, L. *14. §. 4. ff. de aedil. edict.* ſiue id veſicae vitio, ſiue ſomni violentia, ſiue pigritia ſurgendi ei contingat.

V. Ob comitialem morbum L. *53. ff. de aedil. edict.*

VI. Quod ignoratos peſſimos mores attinet, ante omnia Labeonis et Vlpiani praemittenda cautio, in L. *1. §. 8. 9.* L. *4. §. 6. de aedil. edict.* nempe non vtique quodlibet quam leuiſſimum efficere, vt male moratus homo vel foemina videatur, alioquin futurum, vt infinitum multos idoneos eſſe, negaremus: vt puta leues, ſuperſtitioſos, iracundos, auaros; Si autem leuitas ſumma inſit, aut tanta auaritia, vt ſponſa probare poſſit, ſuum ſponſum vxorem, quam prius habuit, propemodum fame enecaſſe aut aegrotae medicum adhibere neglexiſſe, repudio locus erit. Si quis fidem matrimonii dederit vinoſae, iracundae nimium, et rixoſae, quam lenem morigeramque putaſſet, obiici quidem poterat, eum debuiſſe gnarum eſſe conditionis eius, cum qua contraxiſſet, adeoque intempeſtiuam videri feramque nimis poſt ſponſionem morum indagationem; ſed STRYKIVS in *diſp. de diſſenſu*

vnius deſponſatorum §. *26.* recte reſpondet: Mentiri ſaepius probitatem puellas, ſi matrimonii ſpes affulgeat, cognatos vero aliosquo de ea re conſultos talia excuſare atque inuidiae et vulgi mendaciis adſcribere, vnde concludit, ſi meliora ſponſus credidiſſet, deinde vero contrarium experiatur, obtinere illud, quod Pontifex Romanus in *cap. 17. X. de ſponſalib.* ſuadet, vt, quoties matrimonium infelix praeuideri poſſit, nemo ad hoc compellatur. Quid, etiamſi vnus deſponſatorum ſciuerit, alterum non omnino amabilem ſed leuiter vitioſum eſſe, tamen ſi comperiatur ita eſſe vitioſum, vt nulla cum eo eſſe poſſit vitae tranquilla ſocietas, diſſoluenda erunt ſponſalia v. c. ſi probetur, nimis iracundum, crudelem aut valde rixoſum, guloſum, aleatorem eſſe, atque id ante ſponſa ignorauerit. LEYSER *Specim. 295. med. 6.* Sufficit enim haec occulta vitia, vt aediles volebant, alterem deſponſatum non detexiſſe. Fateor tamen non tam ius, quam harum rerum probationem, plerumque deficere. Nam quid eſt praeter modum auarum aut valde rixoſum eſſe? Non hic alia, niſi iudicis arbitrium, regula. Idem ſi qui bonae frugis erat antea, mores mutet et ex ſobrio vinoſus, prodigusque euadat. FLEISCHER **Einl. zum Geiſtl. R.** *pag. 347.* BÖHMER *Ius Eccleſ. Proteſt. T. 3. pag. 1234.* Nec enim video, cur non ob iracundiam et crudelitatem nuperius exploratam ſponſalia ſolui poſſint, cum ob fatuitatem et melancholiam ignoratam hoc fiat. Quis vero, ſi inter duo, minimum ſit eligendum, phreneſin vxoris modicam nolit; quam quotidiana iurgia tolerare?

VII. Porro ſoluuntur ſponſalia, ſi ſponſa fluore albo laboret aut

VIII. phtiſi, quoniam talis coniunctio vix extra periculum contagii eſt, et plerumque haec vitia parentum in liberos deriuantur. CARPZ. *Iurispr. Conſiſtor. lib. 2. Defin. 180.* STRYK *Diſp. de diſſens. vnius deſponſat. §. 30.*

IX. Diſſoluuntur ſponſalia, ſi ſponſa probet, ad praeguſtandum matrimonium ſiue anticipandum concubitum ſponſum ipſam allicere, adeoque in crimen et poenam inducere cupiiſſe. Ita pronunciauit noſtrum collegium menſe Septembri 1766. licet non ignoraremus WERNHERVM *P. 1. Obſ. 25.* diſſentire, ſolus tamen tactus impudicus, etiam in nudis corporis quibuscunque partibus pro violata pudicitia inter deſpon-

ſponſatos haberi nequit, modo ſe ipſum ſponſus non nudauerit, aut illam vi in lectum proſtrauerit.

X. Ob defectum conſenſus parentum domini vel centurionis. Equidem ENGAVIVS *in Elem. Iur. Canon. et* PVFFENDORFIVS *Tom. 3. Obſ. 43.* ſolos contemtos de nullitate experiri poſſe parentes, non autem ipſos deſponſatos, qui conſenſum neglexerunt, ſi quidem nemo facto proprio contrauenire poſſit, atque deficiens parentum ſiue centurionis conſenſus a ſponſatis praetextus exceptio videatur de iure tertii, exiſtimant; quae quidem argumenta licet me plane in aſſenſum trahant, tamen, quoniam hoc loco non meas, ſed collegii receptas ſententias trado, diffiteri non poſſum, cum Reſcripto Regio die 18. Martii 1719. militum gregariorum et officialium inferiorum (bis auf den Sergeanten incluſive) eo vſque *nulla* ſint ſine ſuperioris et liberorum abſque parentum conſenſu ſponſalia, vt etiam copula carnalis robur non addat, ſponſam quoque hac exceptione recte vti imo et ſponſum, pronunciauimus, praeeunte WERNHERO *Princip. Iur. Eccleſ. pag. 266.* et in *Obſeruat. Tom. 3. pag. 109. Obſ. 149.* Caeterum militum nomine etiam chirurgos militares venire, imo ſi tempore contractus conſenſus praefecti militaris defecerit, etſi poſtea accedat, tamen non tolli nullitatem ſponſalium idem WERNHER loco citato annotat. Diſſentit LEYSER *ſpec. 291. med. 4.* et ego ipſe. Scripſi enim haec ex collegii ſententia. Vnicam quod conſenſum parentum attinet exceptionem facit in Saxonia Mandatum Zabeltizienſe d. d. 16. Nou. 1648. et Deciſ. 31. d. a. 1746. de quo ſingularia habet CVRTIVS ANTONIVS *in Epitome Iuris Canon. lib. 3. cap, 7. §. 43.*

XI. Si ſponſus concubuerit quondam cum alia, immo ſufficit, ſi probetur eum in vno lecto fere nudum cum foemina deprehenſum fuiſſe. MENKE *Pand. lib. 23. tit. 1. §. 29.* Contra in matrimonio ipſo diſſoluendo haec cauſa tantum in vxore non marito valet. *Vide ſupra Obſ.* LXXII.

XII. Si vnus deſponſatorum compererit, alterum in melancholiam aut furorem nonnunquam verti, neque id vitium ante ſciuerit.

XIII. Detecta poſt ſponſalia affinitate vel cognatione tali, quae nuptias impedit, etiamſi coitus acceſſerit, *cap. fin. X. de cognat. ſpirit.*

 Nam

Nam perturbata conſcientia non in ſponſalibus tantum ſed etiam ipſis nuptiis diſſolutionem parit, etiamſi diſpenſatio acceſſerit. CVRTII ANTONII *Epitome Iuris Canon. lib. 3. cap. 7. §. 51.*

XIV. Si nobilem iuſto errore alterum putauit, cum talis non ſit, nam ob generis et clypei diſcrimen ipſum etiam matrimonium diſſoluitur, LL. *Friſion tit. 6. §. 1.* CLEFEL *Antiquit. Germ. pag. 58.* Deſcendit nempe hoc ex odio Germanorum in matrimonia inaequalia. Idem obtinet, ſi ſponſa libera probet ſponſum eſſe hominem proprium ex Luſatia fugitiuum atque hoc ſe ignoraſſe. CVRTII ANTONII *Epitome Iuris Can. lib. 3. cap. 7. §. 36.* Sed et matrimonium diſſoluendum puto ob tale generis et clypei diuerſitatem, quia hic error non in bonis eſt, ſed in ipſa perſona.

XV. Diſſoluuntur ſponſalia ob herniae occultum vitium.

XVI. Si ſurdus alter aut coecus aut claudus fiat. CARPZ. *lib. 2. Reſp. 181.*

XVII. Si apoplexia tangatur,

XVIII. Ob ſuperuenientem inſignem deformitatem v. c. ſi vlcus naſum excedat, aut oculus excidat. *cap. 25. X. de iurei.* Generatim omnia ſponſalia contrahuntur ſub tacita clauſula, rebus ſic ſtantibus. Nec tamen leuiſſima mutatio alium plane rerum ſtatum efficit. Variolarum reliquiae faciei impreſſae non ſufficiunt.

XIX. Ob iniurias atroces. Sic nuper diſſoluimus ſponſalia, quod ſponſa probabat dixiſſe ſponſum: ſie ſey ihres Dienſtherrn Hure geweſen, ſimiliter in aliis criminibus obiectis. Idem ſi ei perperam obiecerit: ſie ſchleppe ſich mit andern Mansperſonen, item ſie ſey ein Luder und Canaille item: er wolle hundert Thaler darum geben, wenn einer wäre, der ſie verunehre. WERNHER *P. 1. Obſ. 25.* Imo ſolus contemtus abſque iniuriis ſufficit, vnde BERGER in *Oeconomia pag. 111.* refert, repudio locum dediſſe Wittebergenſes, quod ſponſus dixerat: er ſchere ſich nichts um die Braut, hätte auch ſchon eine andere. Eodem modo res ſe habet, ſi aliam ambierit virginem atque huic inſinuauerit, er wolle ſchon ſehen, wie er jene los würde. Nota tamen exceptionem: ſi quid non animo iniuriandi ſed defendendi cauſa iracundius dictum ſit, quo caſu memini cauſarum patronum nihil amplius niſi hoc pro ſua cliente protuliſſe:

liſſe: *amantium irae amoris redintegratio.* Vide etiam infra num. XXV.

XX. Ob alapam vel leuiſſimam.

XXI. Si vitae genus ſordidum eligat aut leuem ſibi notam contrahat v. c. theatro ſe mancipando.

XXII. Si ſe diuitem iactauerit, cum non eſſet. LYNKER *Reſol. Diſc. Forenſ. Centur. 2. pag. 213.* immo ſufficit, ſi edoceatur futura vxor ſponſum honeſta vitae alimenta propter inopiam non ſubminiſtraturum LEYSER *ſpec. 296. Medit. 2.* WERNHER *P. 4. Obſ. 224.*

XXIII. Si ſponſa per vim ſtuprata ab alio, aut tantum rapta eſt, BÖHMER *I. E. Proteſt. T. 3. pag. 1225.* immo menſe Iulio 1767. diuortium decreuimus pariente vxore menſe quinto, licet in iudicio criminali iurauerat, ſe vi a milite ignoto in via publica compreſſam. Iniquum enim videbatur maritum, vt alienam prolem aleret, compellere. Matrimonii autem diſſoluendi ſtuprum violentum cauſam non praebet.

XXIV. Si poſt ſponſalia quis vel leuiſſimum delictum v. c. furtulum vel quatuor groſſorum commiſerit aut etiam commiſſum ante ſponſalia demum reſciuerit. PVFFENDORF *Tom. 3. Obſ. 166.* LEYSER *Spec. 52. med. 4.* FLEISCHER Einleit. zum geiſtl. Rechte *pag. 347.* Item ob homicidium culpoſum, CARPZ. *Iurispr. Conſiſt. lib. 2. defin. 177.* Ob iniurias tamen in tertium euomitas aut petulantiam repudio locus non eſt. BÖHMER *I. E. Proteſt. Tom. 3. pag. 1233.*

XXV. Si inimicitia capitalis ſuperueniat, aut inter ipſos deſponſatos, aut etiam vnius deſponſati cum alterius ſponſi parentibus vel fratribus. CARPZ. *Iurisprud. Conſ. lib. 2. defin. 176. n. 8.* Vnde menſe Iunio 1767. pronunciauimus: Dieweil nicht allein die zwiſchen Braut und Bräutigam, ſondern auch eines derſelben mit jenes Eltern oder Geſchwiſter entſtandene unverſönliche Feindſchaft, in Betracht der unvermeidlichen Verbindniß, in welche eines derer Eheleute mit des andern nahen Freundſchaft geſezet wird, die Zuſagung der Ehe, nach Beſchaffenheit der Sache, zumal wenn noch andere Umſtände nebenbey eintreten, leicht aufhebet und wegen der aus denen Acten ſich ergebenden Vorfälle eine friedliche Ehe nicht zu hoffen iſt ꝛc. Diſſoluit talis capitalis inimicitia ſponſalia, etiamſi iam concu-

 bitus

bitus acceſſerit, etiamſi res iudicata de conſummando matrimonio adſit. WERNHER *P. 3. Obſ. 10. et 41.* Vide etiam ſupra num. XIX. et infra num. XXX.

XXVI. Bona gratia hodie praeſcitu Conſiſtorii ſemper recedere poſſunt, modo probabilem quodammodo cauſam v. c. mediocres inimicitias obtendant, nec amplius ſi vterque cupit recedere, earum probatio vt quondam ipſis iniungitur. LEYSER *Spec. 295. med. 1.*

XXVII. Si gloriatus ſponſus fuerit: ſponſam ſe iam ipſi in Venere facilem praebuiſſe, adeoque eius pudicitiam infamauerit v. c. cum propalaſſet: Die Braut habe kein Flekgen an ihrem Leibe, den er nicht beſchreiben und abmahlen wolle. LEYSER *Spec. 295. med. 9.*

XXVII. Si mulier militi ſe deſponſauerit atque is transfuga hoſtium caſtra ſequatur.

XXVIII. Errorem inuincibilem in eſſentialibus repudio locum dare, non vincibilem cum dicunt, non intelligo quid iſtud rei ſit. Certe omnis error eſt vincibilis. Vnde quemlibet errorem puto ſponſalia dirimere, ſi modo non in re exigua et nullius momenti inciderit. De diuitiis ſupra diximus num. I. et XII. et de ſtatu nobilitatis num. XIV.

XXIX. Metus, modo reuerentialis non ſit, adeo vitiat non ſponſalia ſolum, ſed ipſum etiam matrimonium, vt licet benedictione ſacerdotali et concubitu, ex quo liberi, firmata ſint, metus perdurare videatur, vsque dum cauſa metus morte aut alia ratione peremta ſit, nec interest vtrum tertius metum incuſſerit aut ſponſus L. *4. §. 33. ff. de dol. et met. except.*

XXX. De dolo inferius dicemus.

XXXI. Haec et alia, ſi inciderint, diſſoluuntur ſponſalia etiam iurata. *cap. 25. X. de iureiur.*

XXXII. Nec concubitu ſeruari poſſunt ſponſalia alias inualida. Nam opinio quaſi poſt concubitum ſponſalia degenerent in matrimonium nulla plene lege ſuffulcitur, et praxi Conſiſtorii Lipſienſis eſt contraria. KÜSTNER *ad Deylingium p. 535. et 585.* Plus mihi videtur operari, ſi poſt publica ſponſalia concubitus acceſſerit tunc

(tunc enim ſponſalia difficillime ſoluuntur) quam ſi praegreſſo concubitu clandeſtina ſponſalia ſecuta.

XXXIII. Ob impudicitatem v. c. cum ſponſa in conuiuio per iocum dixiſſet: Einer ſey ihr nicht genug, ſie müſſe deren fünfe haben.

XXXIV. Ob illegitimam natiuitatem, de qua re dicemus in Obſ. infer.

Contra vero Sponſalia non diſſoluuntur.

XXXIV. Si ſponſus inter milites vel inuitus legatur, aut ſponte caſtra ſequatur.

XXXV. Si ab officio non ob delictum, ſed ſine ſua culpa deponatur, modo vxorem vel ſic alere poſſit.

XXXVI. Nuper ſponſi ſuperſtitioſam ſimplicitatem riſimus, qui aſſerebat, ſe certo comperiſſe ſponſam ſuam eſſe veneficam, ſey eine Hexe. Item ſie habe den Kobold, Item: er habe den Drachen bey ihr einziehen geſehen. Iuriſiurandi delatio ſuper pactum cum cacodaemone initum etiam in ciuili iudicio nunquam admittitur. Anne enim ſi quis dicat bis duo quinque efficere et ſuper ea re iusiurandum deferat, id fieri poſſe exiſtimas?

XXXVII. Si vnus ſponſatorum dicat alterum bonum Lutheranum ſimulare quidem, ſed in imo pectore merum catholicum eſſe aut Caluinianum, aut Naturaliſtam, ideoque ne per varias tentationes anima ſua ab hoc marito futuro in gehennam rapiatur, ſe vereri. Nam cogitationis poenas nemo luit, nec quisquam, vt quid de cultu ſentiat publice detegatur, compelli poteſt. Quid quod, ſi poſt ſponſalia palam catholicum ſe profiteatur, ex KÜSTNERI ſententia *ad Deyling. P. 3. c. 6. §. 59. Not. S. pag. 570.* ſponſalia ob id diſſolui non debent, cui ſubſcribo ex reuerentia, quam debemus Paci Weſtphalicae. Si enim hic portus ſalutis noſtrae, vt Pacem Weſtphalicam appellare ſoleo, ſi hoc Palladium nobis eripiatur aut violetur in quopiam, quod nobis oculis noſtris debet eſſe carius et ſanctius, omnis res noſtra labetur et cadet. Itaque ne latum vnguem quidem ab ea Imperii lege recedi cupio, cum probe norim, quantum noſtra interſit, omnia eius placita ſanctiſ-

ſanctiſſime et reuerenter cuſtodire. BÖHMER ſane in *I. E. P. Tom. 3. lib. 4. tit. 1. §. 178.* ita differit: *Si ſponſus ob mutatam ſponſae religionem illam non deſerit, ſi promittit, ſe, vt tranquille in noua religione permanere poſſit, facile paſſurum nec vllo modo eam inquietaturum, ipſa ſponſum deſerere nequit. Nec diſtinguendum eſſe arbitror, vtrum veram an erroneam religionem amplexa ſit.*

XXXVIII. Si alteruter dicat, ſe nuper horrendum quid in eius genitalibus obſeruaſſe, modo exceſſus non talis ſit, qui delectationi coniugali impedimento ſit. WERNHER *P. 4. Obſ. 224. num. 7.* Prolapſus vteri vel leuiſſimus, iuſta repudii cauſa.

XXXIX. Nec ſola tenera aetas reſtitutionem miniſtrat. LEYSER *Spec. 295. med. 8.*

XL. Nec, vt idem LEYSER *Spec. 295. med. 7.* exiſtimat, propter inconſiderate et feſtinanter nimis celebrata ſponſalia, repudio locus, ſi modo ea obſeruata fuerint, quae *ſupra Obſ. LXXI.* poſuimus.

XLI. Nec ob vagum rumorem ſtupri aut adulterii quondam commiſſi, nec ob carmen famoſum incerto auctore conditum, ſponſalia diſſoluuntur, ſed, ſi ſponſus ſponſaue de his criminibus accuſetur, differendum matrimonium, vsque ſe purgauerint.

XLII. Si facies variolis deformata quam plurimis. Intellige hoc tamen, ſi non deformitas horrorem incutiens orta ſit, quod arbitrio iudicis committitur definiendum.

XLIII. Si vnum tantum teſticulum ſponſus habeat, re licet explorata, tamen ſponſa non recedet. *L. 6. §. 2. ff. de aedil. edict.*

XLIV. Circa dolum recte diſtinguit STRYKIVS in diſputatione ſuperius laudata, inter eum, qui ſponſalibus cauſam dederit atque incidentem. Incidentis exemplum hoc adſcribam: Si puella eum, qui fidem matrimonii iam publice dediſſet, vacillare in amore ſentiat atque, vt ipſum firmet et alliget fortius, ſpem amplae dotis ei faciat, quam probe ſciat, nunquam ſe allaturam, hic dolus parum nocebit, quoniam iam antea, nullis circumuentus machinationibus, eam ſibi ſponſam elegerat, eamque ducere tenebatur, priusquam ille dolus inciderat. LEYSER *Spec. 296. med. 6.* Aliud exemplum haud nociuae

fraudis.

dium commune vendiderit, tacente cohaerede, hic vero deinde dimidium praetii accipiat, ipſe vendidiſſe videtur. L. *12. ff. de euict.* At ſi recte perpendamus, haec non eſt exceptio regulae, ſed potius cohaeres ille, eo, quod accipit, loquitur. Eodem modo ſi quis ſcienter recipit inſtrumentum, quo conſtituitur procurator, obligationem mandati contrahit. Solae litterae, vt ſupra dixi, non ſufficiunt. Nam hae ſermo quidam ſunt, cui reſpondere non teneor. Si autem hiſce litteris ſimul inſtrumentum ſeparatim iunctum fuerit et ſolenne mandatum, ſi non reſpondeam, procurator ero. *Clement. 1. de Procurat.* Plane vt in ſponſalibus, licet hodie, vt dixi, ſilentium non obliget, tamen ſi virgo tacens ſimul annulum accipiat, iam non amplius tacuiſſe, ſed hoc ſigno locuta videtur. Praeter has non noui alias exceptiones, ſed ſemper qui tacet diſſentire videtur. Inprimis ſi aliquid de ſuo iure tacens remiſiſſe dicatur, quod nunquam praeſumitur, quoniam omnes renunciationes diſſertis verbis opus habent, vtpote ſtrictiſſimae interpretationis. *vide infra* Obſ. DLXXII. in qua diximus eſſe inter velle et nolle intermedium adde etiam Obſeruationem DCXVI.

Nuper cum ſcultetus aſſediſſet iudicio, vbi emtori praedium, in quo ſculteto eidem ius protimiſeos competebat, tradebatur, nec tamen hic quiequam monuiſſet, deinde vero nihilominus contra venditorem ageret, menſe Februario 1767. reſpondimus, ſilentium ſculteto non nocere, cum forte cogitare potuerit, ius ſuum ſemper durare, et quoniam in hoc actu iudicem et teſtem magis, quam priuatum egit. CARPZ. *P. 2. conſt. 31. defin. 1. n. 1.* Nam qui ſuſtinet duplicem perſonam, non cogitur, vtramque ſimul induere. *Vide ſupra Obſeruationem CCLXXXV. et CCCCIX.* et infra Obſeruationem DCXVI. in qua dubitantem neque ſcire neque neſcire defendimus. 3

OBSER-

OBSERVATIO CCCCXII.

Quomodo rapina a robbaria, haec a latrocinio, atque ſingula a furto qualificato et viae obſeſſione differant.

In rapina poena gladii non obtinet, ſi magis aſtuta fuerit quam violenta.

1 Si quis alteri in via pileum inopinanti detrahat, non eſſe rapinam, ſuperius *Obſ. CXXXVIII.* diximus. Recordor tamen anno 1757. in collegio noſtro Schumannum quendam gladio punitum fuiſſe, qui alteri incitatius equitanti, vt etiam equo deiiceretur, attamen habenam in manu retineret, hanc leui ictu e manu excuteret, et arrepto equo, eoque conſcenſo, ſe proriperet. Hoc nimis rigidum mihi videbatur, nec velim id vnquam in exemplum trahi. CARPZOV. *Prax. Crim. qu. 91 num. 2. ſeq.* Si definitionem in Inſtitutionibus traditam prae oculis ponas, videri quidem poterat, hanc habenae excuſſionem rapinam eſſe, quod non clanculam ſed palam facta erat. Sed apud Romanos raptores non capitalis poena manebat. Hodie, vt gladius locum ſibi vindicet, maior vis requiritur. Vltra fuſtigationem igitur in hoc exemplo non progrediendum puto, quoniam magis aſtu, quam vi perpetratum, vt ſtellionatus crimini ſimilius videatur, quam rapinae.

2 Eſt autem res admodum ardua fines rapinae et latrocinii itemque furti qualificati diſtinctius regere. Nempe in his omnibus vis adeſt. Igitur ante omnia eam definiamus. Vis eſt maioris rei impetus, cui
3 reſiſtere aut plane non aut difficulter poſſis. Vis publica armis, quibus etiam baculum annumeramus, infertur; Vis priuata eſt, quae ſine armis fit v. c. manus vinciendo, os obſtruendo, genua pectori applicando, gulam obtorquendo. Minae mortis et verberum ad *vim publicam* referuntur, ſi arma oſtenſa: ad *vim priuatam*, ſi ab inermi prolatae. CARPZOV *P. Crim. qu. 90. n. 66. ſeq.* Item pugnis et vnguibus facta, vis priuata eſt. His poſitis, RAPINAM dico, ablationem lu-
4 cri faciendi cauſa per vim priuatam, cuius poena eſt gladius. *Conſtit. Crim. art. 126.* Si vero per vim publicam aliquid ablatum atque forte etiam

etiam homo vulneratus neque tamen occiſus eſt, id delictum dicitur
ROBBARIA, quam latine *rapinam qualificatam* dicere poſſis, vbi ra- 5
ptoris corpus decollatum adhuc rotae imponitur, nempe iure commu-
ni, nam de Electorali Saxonico breui dicemus. Tandem cum non ſo- 6
lum vi publica, id eſt, armis aliquid ablatum, verum ſimul etiam ho-
mo occiſus fuerit, id LATROCINIVM vocatur, cuius poena
crurifragium. Ab his omnibus differt FVRTVM QVALIFICA- 7
TVM, quoniam robbaria et latrocinium in via, furtum qualificatum
autem vi quidem publica nempe armis committitur, attamen in aedi-
bus, vt verba? in ſeine Behauſung indicant, obuenientia *in Conſtit.
Crim. art. 159. Vide plura ſuperius Obſ. CI. XLVII. et CXXXVIII.*
In Saxonia Electorali die 27. April. 1762. ſequens reſcriptum ad dica-
ſteria emanauit: Wir begehren: daß bey Einbrüchen und Räubereyen, wel-
che von Rotten mit Ausübung vieler Gewalt an den Beraubten durch peini-
gen, ſchlagen, verwunden und dergleichen begangen werden, auf die Strafe
des Rades, wo aber keine ſonderliche Gewalt ausgeübet worden, auf die
Strafe des Stranges, und wenn ein Raub von keiner Bande oder Rotte un-
ternommen worden, auf die Strafe des Schwerds nebſt Flechtung des Kör-
pers auf ein Rad, erkant werde. Caeterum a raptore diſtat, qui homi-
nem per inſidias quidem, ſed ſine lucri cupiditate necauit, cuius poena 8
gladius, et dicitur hoc delictum VIAE OBSESSIO.

OBSERVATIO CCCCXIII.

Exceptio: per me non ſtetit, attendenda in teſtamentis, non in contractibus.

Qui promiſit tertium quid facturum eſſe, ſi tertius non faciat, fruſtra promittens exceptionem, per ſe non ſtetiſſe, opponit.

Poenitentiae, etiam hodiernis moribus, in contractibus innominatis non raro locus eſt.

1 Ignorare Germanos contractuum nominatorum et innominatorum di-
ſtinctionem nec in his poenitentiam locum habere, WERNHER
P. 2. Obſ. 380. num. 45. ſeq. STRYKIVS *Vſ. Mod. tit. de condict. cauſ.
dat. §. 3.* BERGER *in Oeconomia Iuris lib. 3. tit. 6. §. 6. not. 3.* exiſti-
2 mant. An recte? alii viderint. Eſto autem; ponamus pragmatico-
rum rationem veriſſimam eſſe, nihilominus tamen vel ſic iuris Romani
doctrina obtinebit et poenitentiae tunc ſaltim locus erit, quotiescun-
que aliquid dedi, vt intra certum tempus aliquid faceres, nec feciſti.
Item ſi ei, qui accepit, impoſſibile eſt, promiſſa facere; v. c. ſi de-
derim tibi mille, vt ſororem meam in vxorem duceres, haec autem
nuptias recuſauerit, tunc non dubium, quin nummos datos repetere
liceat. L. 7. *§. 1. ff. de condict. cauſ. dat.* L. *vlt. ff. eod.* Obſtans enim
Lex 10. C. de condict. cauſ. dat. tanquam Reſcriptum, non debet gene-
raliter accipi, ſed de ſingulari caſu intelligi, vti ſapienter STRVVIVS
Exercit. 18. th. 11. ſeq. notauit. Adde MENKENIVM in *Pand. tit. de
condict. cauſ. dat. §. 3. in fin. et ad tit. V. O. §. 18.* Hodie enim tunc
3 demum modus vel conditio extitiſſe fingitur, ſi non per eum, qui pro-
miſit, ſed magis *per ipſum aduerſarium* ſtetit, quo minus impleatur.
L. *161. ff. de reg. iur.* L. *50. ff. de contrah. emt.* CARPZOV. *P. 1. Conſt.
12. Defin. 38. num. 5.* Niſi enim ipſius petitoris culpa factum ſit, quo
minus modus impleatur, fruſtra reus exceptionem: Per me non ſte-
tit, opponet. Videtur enim promiſiſſe: ſe curaturum vt Tertius fa-
ciat, quo caſu adigitur ad promiſſum praeſtandum, ſique non poſſit,
ad

ad id quod intereſt. Nec obſtat §. 3. *l. de inutilib. ſtipul.* quia ibi de ſtipulationibus non de pactis, itidem de puris ſtipulationibus non de conditione: ſi tertius quid fecerit vel dederit, agitur. Aliter in vltimis voluntatibus L. *31. L. 3. L. 23. ff. de condit. et demonſtr.* vbi conditio pro impleta habetur, non in contractibus MEV. *P. 8. Deciſ. 318.* Si tertius impediat, aeque minus prouocari poteſt ad exceptionem per me non ſtetit. Sic ſtuprator, ſi ſtuprata ipſi nubere velit, ſed pater ſtupratae deneget nihilominus dotare tenetur. Dominus mihi feodum promittens, tenetur praeſtare, etiamſi poſſeſſione rei promiſſae ſine ſua culpa exciderit, et vendens tenetur ad praeſtandam vacuam poſſeſſionem licet alius poſſideat. Nec obſtat *L. 27. §. 1. ff. de rei vind.* vtpote quae de reali non perſonali actione agit. An liberetur, ſi promittens actionem contra praedonem qui rem promiſſam rapuit, velit cedere emtori, disquirit ROSENTHAL *de Feud. cap. 12. concl. 12. num. 26. 27.* Vna tamen vbi exceptio per me non ſtetit, attendatur mihi nunc ſuccurrit, ſi ſcilicet promittens per praeceptum de non ſoluendo a iudice iniuncto impediatur. Item reuocato ab altera parte pacto, 4 ſiue tacite v. c. contrauentione, quae pro reuocatione habetur; ſiue eo expreſſe reuocato, mihi quoque recedere licebit. *L. 14. C. de transact. Cap. 38. de reg. iur. in 6to.* Item donatio ſub modo reuocatur ob non adimpletum modum. *L. fin. C. de reuoc. don.* BÖHMERI *Conſult. Tom. 2. P. 2. Reſp. 912.* Caeterum petitorem alternatiue his verbis: aut imple promiſſum aut excepta reſtitue, agere poſſe, nemo dubitabit. STRYK. *Caut. Contract. Sect. 3. cap. 7. §. 22.*

Ratio autem, quare pragmatici a iure Romano receſſerint, et 5 nullam vnquam in contractibus innominatis poenitentiam ſtatuerint, me ſemper latuit, nec conciliare poſſum, quae de ea re effundunt. Audiamus praeclaras eorum, ſi diis placet, rationes, quas ad vnum fere omnes his verbis efferunt: *Cum poenitendi facultatem*, inquiunt, *ideo daret ius Romanum, quia in contractibus innominatis is, qui nondum ex ſua parte contractum adimpleuerat, alterum tantummodo ex nudo pacto obligatum habebat, hodie autem omnia pacta, etiam nuda, producant obligationem validam, repellendum eſſe petitorem re adhuc integra condictione cauſa data cauſa non ſecuta repetentem, exceptione oppoſita: Adhuc implebo.* Quid iſtud rei eſt? Certe verba audio ſine ſenſu. Nam apud

Romanos nuda pacta, etſi nullam actionem, tamen EXCEPTIONEM producebant. *L. 7. §. 4. ff. de pact. L. 21. C. eod.* Itaque in hisce innominatis contractibus et iure Romano potuiſſet reus dicere: Implebo. Cum autem hoc dicere non potuerit, in promtu eſt, plane falſam eſſe a pragmaticis allatam rationem, et cauſas fuiſſe longe alias, quas alio tempore pandam, quare apud Romanos promiſſum, vſque dum alter non impleuiſſet quod viciſſim promiſerat, reuocari poſſet. Nunc mihi ſufficiat, oſtendiſſe, pragmaticorum rationem, quare hodie poenitentiam h. e. facultatem recedendi ab eo, quod conuenerat, ſi alter moras nectat nec a ſua parte contractum impleat, praefracte denegant, plane falſam et erroneam eſſe. Habiturus enim fuiſſet iam priſtino Romanorum iure reus actione conuentus vtique actorem ob cauſam non ſecutam data repetentem ex pacto nudo obligatum, quia pacta nuda exceptiones validas producebant. Nihilominus tamen is poterat
6 poenitere. Nam et naturali iure fidem non ſeruanti nec fides habenda eſt. *cap. 75. de reg. iur. in 6to.*

OBSER-

OBSERVATIO CCCCXIV.

Si praeter cambium hypotheca conſtituatur, etiam in hypotheca vſurae 6. pro 100. permiſſae.

In cambio 6. pro 100. vſurarum nomine accipere permiſſum, in hypotheca vero illicitum. Si autem praeter cambium etiam hypotheca pro eodem nomine caueat, quoniam haec pactum eſt quaſi acceſſorium, ſequitur hypotheca naturam cambii, vt Principis potentiſſimi ad Facultatem Iuridicam reſcriptum indicat: Hochgelahrte, liebe Getreue. Nachdem Zweifel entſtanden, ob, wenn ein Creditor von dem Capitale, worüber ihm, auſer dem erlangten Conſens, eine Wechſelverſchreibung ausgeſtellet worden, 6 pro Cent Intereſſe genommen, auf Kürzung des 6ten Zins Thalers und Beſtrafung des Gläubigers, um ſo viel, als er über 5. pro Cent erhalten, zu erkennen und alſo die Diſpoſition des Mandats wider die Banqueroutirer §. 2. auf dieſen Fal zu ziehen? So haben wir uns, dieſe Frage hierdurch dahin zu entſcheiden, entſchloſſen, daß wenn über einer Schuld ein Wechſel ausgeſtellet, jedoch auch, mehrerer Sicherheit halber, dem Darleiher ein unbewegliches Grundſtük zum Unterpfand verſchrieben, und in die Hypothek Lehn-und Landesherlicher oder auch gerichtlicher Conſens erlanget worden, der Creditor den nach dem Mandate vom 19. Martii 1704. erlaubten 6ten Zins Thaler füglich nehmen könne, und oberwehntes Mandat wider die Banqueroutirer hierauf keinesweges zu erſtreken ſey; Begehren dannenhero, ihr wollet, wenn in dergleichen Fällen und Sachen Acta in Unſere Juriſten-Facultät bey euch zum rechtlichen Vorſpruch überſendet werden, euch im Sprechen darnach achten. Daran geſchiehet Unſere Meynung. Datum Dresden, den 22ſten April Anno 1747. 1 2

Opus tamen eſt, vt cambium ſuis temporibus prolongetur. Nam tempore ſolutionis praeterfluxo nec prolongato cambio, tantum Intereſſe morae adiudicatur. Vide tamen Obſ. XCI. 3

An hypothecaria actio et cambialis ſimul inſtitui poſſit? dicemus infra.

OBSERVATIO CCCCXV.

Si quid vicini detrimento aedificatum ſit, id demoliendum, etſi ab initio nouum opus non fuerit nunciatum.

Nuptiae inter fratrem et ſororem ſemel initae inuitis iis non diſſoluendae.

1 Quotiescunque a vicino aduerſus aedificantem iam perfecto opere agitur, is illico: cur fieri ſiuiſti, cur opus nouum tempeſtiue non nunciaſti? excipere ſolet. Quaſi demolitionem nemo petere poſſit, qui, cum videret et ſciret ſic aedificari, mature non contradixerit. Sed reſpondeo: opere iam conſummato *Interdictum* quidem ex noui operis nunciatione ceſſare, ſed Petitorio ſemper locum eſſe, aut alio interdicto. *L. 1. §. 1. ff. de nou. op. nunc.* LEYSER *Spec. 426. med. 7.* Nempe interdictis, qualis eſt noui operis nunciatio, tantum de poſſeſſione, non de iure, contenditur. Itaque ſi quis nunciationem omiſerit, tamen ei petitorium ſaluum.

2 Alia quaeſtio: an publice expediat conſummatum iam opus demoliri? Immo expedit, quia quod ſua culpa aedificans damnum patitur, ſentire non videtur, nec iuris regula patitur, cuipiam ius ſuum ob publicam, neſcio quam, cerebrinam vtilitatem eripere. MEVIVS *ad Ius Lub. P. 3. tit. 12. art. 1. n. 12.* Nam quod de tigno iuncto ſcriptum, tunc ſaltim obtinet, vbi ſine totius aedificii ruina et enormi aedificantis damno id ſeparari nequit. Deinde cum tignum ſit res fungibilis, cui ſine accipientis damno rem aliam eiusdem generis ſubſtituere poſſumus, hoc leue damnum praetor non curat. MEVIVS ad *Ius Lub. lib. 3. tit. 12. art. 7. n. 41. ſeq.* At ſi maius vicini damnum ſit, et tale, quod aeſtimationem certam non recipit, non probo a quibusdam nimis inconſiderate traditum canonem: multa iam facta tolerari, quae ab initio fieri non permiſſa fuiſſent, et interdum contractum non dirimere, quod impedit contrahendum *cap. 25. X. de iureiur. L. 1. §. 5. in fin. ff. de poſtul. L. 27. L. 65. ff. de ritu nupt.* vnde matrimonium inter fratrem et ſororem bona fide initum non diſſolui *cap. un. X. de conſanguin.*

ſanguin. L. 57. §. 1. *ff. de rit. nupt.* CARPZ. *Iurisprud. Eccleſ. lib.* 2. *def.* 99. *et P.* 4. *Conſt.* 23. *def.* 11. SCHILTER *Inſtit. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 10. §. 29. MVSAEVS *de Coniug.* NIEMEYER. Immo Carpzouius in laudato Definitionum eccleſiaſticarum opere hoc non ſolum de nuptiis inceſtis bona fide initis et putatiuo matrimonio probat, ſed etiam de voluntario, ita tamen vt poena inceſtus ſed valde tamen ea ob honorem matrimonii moderata, obtineat, cui penitus ſubſcribo. Nam ſanguinis confuſione iam per primum concubitum facta et pudore naturali ſemel rupto, futuri coitus non amplius inceſti, DEDEKEN. *Sect.* 1. *tit.* 2. *n.* 7. quia inter eaſdem perſonas inceſtus plus vna vice non committitur. vide infra Obſ. DXXIX. Ipſe Lutherus tolerauit matrimonium cum filia quam quis ex matre ſua conceperat, quod exemplum, cui non aliud par erit, ex Commentario eius in Geneſin c. 36. p. 540. huc transſcribam: *Erphordiae puella quaedam ex honeſta familia, et pudica, cuidam ſeruiuit diuiti mulieri viduae. Eius filius adoleſcens captus forma et amore puellae, ſollicitauit eam ad concubitum. Indignum facinus auerſans puella (vt honeſtam decet) aliquoties a ſe repulit adoleſcentem furioſum. Denique cum quotidie magis magisque inſtaret, et in iſto illicito inſtituto perſeueraret, puella rei indignitate impulſa, vt famae conſuleret ſuamque pudicitiam a ſumma infamia vindicaret, matri rem ordine narrat, monetque, vt filio ſibi inſidias ſtruenti frenum iniiciat. Mater re deliberata, init rationem cum puella, iubetque in filii amorem conſentire, et certam horam qua conuenire, et rem perficere tutiſſimum videretur, conſtituere. Se enim eo ipſo tempore conſtituto, eius occupaturam lectum et hac occaſione filium tam indigna conantem repreſſuram. Conſilium probat puella, init pactum. Filius hora noctis praefinita adeſt, petens ex pacto concubitum puellae. Mater, quae antea filii furores hac arte cohibere, ac frenare conſtituerat, victa libidine et inſtinctu diaboli, filio proſtituit corpus. Naſcitur ex indigno et inceſtu concubitu foemella, quam expoſitam, et ab aliis educatam, mater tandem ad ſe recepit mota affectu materno. Idem filius harum rerum omnium ignarus, et hanc amare coepit, ſibique vxorem dari poſtulat. (vbi naturae vis?) Mater in ſummis anguſtiis conſtituta dehortatur filium, et reluctatur, quantum poteſt, cupiditati illicitae. Ille inuita et repugnante matre, dat fidem puellae, ducitque eam in vxorem. (Nam eo tempore vſitata et rata erant clandeſtina ſponſalia.) Poſt nuptias mater dubia, et deſperabunda ſibi ipſi vult adferre manus violentas, agitur enim de inceſtu,* *qui*

qui fieret inter coniuges ſingulis noctibus, nec poterat coniugium dirimere. Cum autem ſola conſcientia eſſet, nec ſola poſſet ſuſtinere amplius dolorem et anguſtiam animi, accedit confeſſorem, negotium exponit, et petit ab eo conſilium et conſolationem. Ille incertus et attonitus atrocitate rei, non habet quod conſulat. Itaque Iureconſultis idem caſus offertur, hi quoque de Iure ambigunt vt in caſu inuſitato, et cenſent comittendum eſſe diuinae bonitati. Verum id non ſatis erat, nec dum liberata erat conſcientia a dubitatione et deſperatione. Tandem ad Theologorum collegium defertur res, hi optimam ſententiam tulerunt. Primo quaerebant, an ſciret filius coniugem ſuam eſſe matris filiam conceptam ex ſuo ſanguine. Mater negauit eum id ſcire. Solus Deus, inquit, et ego conſcia ſum, nec puella vxor filii nouit, ſe mariti eſſe ſororem. Deinde interrogabant an eſſet bonum coniugium, et quomodo inter eos conueniret. Optime inquit. Decreuerunt ergo adflictae conſcientiae matris abſolutione conſulendum eſſe. Filio autem matrimonium iam diu ſponſalibus, ac ſolennitatibus nuptiarum copulaque carnali confirmatum, concedendum. Matrem enim eſſe vnicam perſonam, quae non poſſet probare rem et ſecutura ingentia mala diſtractionem coniugum. In poenalibus, inprimis talibus, bonae fidei initiati, vix quicquam nocebit mala fides ſuperueniens. Nec viuimus amplius in iis temporibus, quibus pontifices et monachi philoſophari prohibebant. Haec autem omnia in ſolo matrimonio vera puto, quia partibus conſentientibus nemo laeditur. Caeteroquin autem, ſi quis per factum illicitum detrimenti quid percipiat, reſciſſo facto ius ſuum cuique etiam cum magno laedentis incommodo, tribuendum erit. Nec miſeratione dignus, qui friuole alios ac nimis proterue decipere et iure ſuo fraudare ſtuduit.

3 Ita Facultas Lipſienſis menſe Ian. 1768. ampliſſimo Senatui liberae ciuitatis Francofurtanae reſpondit: Obwohl Beklagter allenfals ſich zu einer Entſchädigung erbiethet, da es denn das Anſehen gewinnet, als ſey er hierzu um deswillen allerdings zu laſſen, weil in Bauſachen je zuweilen etwas, nach bereits volendetem Werke, eher geduldet wird, als vor deſſen Anlegung erlaubet worden ſeyn dürfte, ſintemalen ſchon fertige Gebäude mit des Bauenden unverwindlichen Schaden zu verwüſten, bedenklich fället:

4 **Dennoch aber und dieweil**, wenn die Unterſagung des neuen Baues nicht gleich anfangs beſchehen, zwar hernach das Interdictum ex noui operis nunciatione, als welches lediglich auf einen gegenwärtigen Be-

ſiz

ſie ſich gründet, hinwegfället, hingegen aber auch nach volbrachtem Werke noch allemal das Petitorium übrig bleibet, und in ſolchem auf die Abtragung erkant werden muß, da was vom tigno iuncto, als einer re fungibili, in denen Rechten zu befinden, auf ſolche Fälle, die keiner Würderung unterworfen, und davon man folglich nicht ſo leicht, als von einem Balken oder Steine, den doppelten Werth erſtatten kan, keinesweges ſich erſtreket, wie denn auch Beklagter, um Klägern zu befriedigen, nicht etwa ein ganzes Gebäude mit unverwindlichen Schaden und gänzlicher Zerrüttung niederreißen, ſondern nur ein Gerämſe hinweg ſchaffen darf ꝛc. Obiter addo: cauſam aedificandi probabilem habenti oblata cautione de demoliendo, vt pendente lite in nouo opere pergat, facile permitti.

OBSERVATIO CCCCXVI.

Stuprator non cogendus alimenta in nummis praebere, ſi infantem ipſe in ſua domo educare velit. Stuprata ſi mortua, ſpurius eſt in poteſtate aui.

Auriga puellam compreſſerat. Hac mortua infantis maternus auus 1
alimenta a ſtupratore cum peteret, affirmabat reus ſtuprum, ſed alimenta in nummis praeſtare recuſabat, ſe ipſum enim velle educationem procurare et puerum in ſuam domum recipere. Inſuper reus, prima ſpecie ſatis liberaliter, ſe per reſcriptum principis legitimaturum eſſe filiolum, vltro offerebat. Ad haec auus infantis ſequentia reponebat: Mit der Ehelichmachung habe Beklagter ſchon lange ſein Spiel ge- 2
trieben, und ſolche verſprochen, ſähe auch ſchon, wohin es abzielete, nehmlich, weil er, der klagende Großvater, alt würde, und Beklagter dadurch ſein weniges Vermögen zu erlangen hoffete; es würde aber kurz und gut aus dieſer Ehelichſprechung nichts werden, weil man kein Hurkind wider Willen legitimiren könne. Nouell. 89. cap. XI. Er als Großvater würde ſolche nicht verſtatten, auch bewirke die legitimatio per reſcriptum principis keine väterliche Gewalt und Beklagter bliebe, wenn auch ſelbige erfolgen ſolte, nichts deſtoweniger noch allemal bloß ein natürlicher, nicht aber rechtmäßiger Vater. Vielmehr habe Kläger, als Großvater des Kindes, weil er die väterliche

Gewalt über ſeine verſtorbene Tochter gehabt, auch ſolche väterliche Gewalt über deren nachgelaſſenes uneheliches Kind. §. 3. Inſtit. de patr. pot. Er brauche ſich nicht als Vormund des Kindes aufzuführen, ſondern er klage in großväterlicher Gewalt. Es komme alſo auf ihn an, wo er das Kind erziehen laſſen wolle. L. 1. ff. vbi pupill. educ. Ein anders wäre Unterhalt darreichen, ein anders wirklich erziehen. Beklagter begehre etwas, ſo dem Herkommen und Gerichtsbrauche zuwider, ſintemalen bey ſolchen Schwängerungs-Sachen das Erkentnis allemal dahin: Daß Beklagter das mit Klägerin erzeugete Kind jährlich mit zwölf Gülden zu unterhalten ſchuldig, auszufallen pflege. Was würde ſich dieſer arme Wurm, ſo noch kein Jahr alt wäre, bey Beklagtens Eheweibe für eine Wartung zu getröſten haben? Ein Großvater werde wohl ehe ſich des unſchuldigen Kindes annehmen, als eine Stiefmutter, die ſolches, (da es noch dazu des Mannes ihr anfangs verſchwiegenes Hurkind ſey,) natürlicher Weiſe nicht für Augen würde leiden können. Wie dürfte es ſelbigem ergehen? Es würde gewiß mehr Stöße und Schläge als Biſſen Brod bekommen, länger in ſeinen Unflathe liegen müſſen, als es gereiniget und auf dem Arme getragen werden dürfte, alſo müſſe es in kurzen entweder verſiechen und ſterben, oder doch gewiß ein Krüpel bleiben. Klagender Großvater gräme ſich, wenn er das ſich vorſtelle und könne nach Gewiſſen ſolches nicht zugeben, vielmehr bitte er fußfällig, dem Kinde das Leben, ihn ſelbſt aber von bevorſtehender Schwermuth zu retten: Es beruhe ja nach MENKENS Berichte ad Pand lib. 27. tit. 2. §. 1. alles in dieſer Sache auf richterlicher Wilkühr.

3 Talia licet valde ſpecioſa viderentur, nihilominus cum reus obverteret, mera grauamina haec eſſe de futuro, propter inſignem reorum fauorem iis electionem non adimendam eſſe pronunciauimus, hac formula: Daß was die verfallene Zeit betrift, Beklagter ſeit den 15. Sept. des 1766ſten Jahres die vorgeſchoſſenen Erziehungskoſten jährlich an 12. Gülden Klägern zu erſtatten, auch mit ſolcher Abentrichtung ſo lange, bis er das Kind wirklich zu ſich genommen, fort zu fahren, hingegen Klr. bey Verluſt ſeiner fernern

4 Foderung ihm ſolches verabfolgen zu laſſen ſchuldig; Neque tamen, quae poſuimus, eam vim habent, vt liceat patri naturali partum eripere matri et ſuae domui vindicare, ſed hoc ſolum diximus, ei tunc demum, ſi alimenta ſtuprata petat, hoc concedendum eſſe. Item notabis: ceſſare noſtram regulam ſi iam per rem iudicatam reo alimenta

in

in nummis praeſtanda adiudicata ſint, tunc enim ſtuprator hac exceptione non amplius auditur.

OBSERVATIO CCCCXVII.

De ſententiis medium ferientibus: Schnitter Urtheln, Bauerſchieden.

Ait in Oratione pro Roſcio, capite quarto, CICERO: *Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus;* 1
at arbitrum hoc modo adimus, vt neque nihil neque tantum, quantum poſtulauimus, conſequamur. Hoc poſterius in iudicio finium regundorum ſaepe euenire ſolet, fortaſſe et in aliis quibusdam cauſis, vbi rem dubiam in partes diuidere aequum videtur. Nonne ſi arcem oppugnantibus imperator praemium poſuiſſet tale, vt qui primus murum adſcenderit centum haberet, atque duo vno tempore adſcendiſſent, nonne inquam ſententia placeat, per quam, cum vtrumque propoſito priuare praemio iniquum ſit, vnicuique quinquaginta addicantur? Immo leges habemus quasdam, vt ita dicam, diuiſorias, qualis illa de theſauro in fundo alieno forte fortuna inuento, quam, vt ex SPARTIANO *in Hadr. cap. 18.* intelligitur, Hadrianus imperator primus excogitauit. Nam cum theſaurum in alieno repertum ſibi totum arrogaret inuentor iure occupationis, contra vero dominus fundi eum ſibi aſſereret iure acceſſionis, Hadrianus medium feriens dimidium vtrique adiudicauit. Aequum hoc, ſed parum ſubtile, vt meliora ſenſiſſe mihi videatur Indorum quidam rex, nomine Phraotes, qui, vt PHILOSTRATVS, *lib. 2. cap. 39.* refert, propoſita ſimili quaeſtione, cum de theſauro in agro vendito inter emtorem et venditorem contentio eſſet, haec protulit: *Ineptus ſim*, ait, *ſi, quoniam vtriusque poſtulatio probabilis videtur, partiri inter ſe ambos aurum iuſſerim. Id enim vel anicula quaeuis iudicauerit.* Anilem hanc deciſionem rex barbarus pronunciat, qualem vel conſulta de ea re vetula vel ruſticus quisque facile ferre poſſit, vnde etiam BESOLDVS in Theſauro Practico huiusmodi diuiſorias ſententias ignominioſo vocabulo Bauernſchiede appellauit. Mihi autem potiſſimum

(Right margin: 2 beside line "biam in partes diuidere aequum videtur. Nonne ſi arcem oppugnan-"; 3 beside line "verit. Anilem hanc deciſionem rex barbarus pronunciat, qualem vel")

mum MODESTINVS in *L. 1. ff. de re iud. et effect. ſent.* huiusmodi iudicium rem litigioſam diuidens improbare videtur, quando ſententias aut abſoluere debere aut condemnare, innuit, vt monſtroſa videatur, per quam vterque litigantium ita ſuccumbit, vt vincit. Vnde a ſententiis medium ferientibus, quae rem litigioſam aequis partibus inter reum et petitorem diuidunt, ſibi cauent dicaſteria, ſique probationes vtrinque pares aut aliae rationes rem plane dubiam effecerint, reum
5 potius abſoluunt. Ecce exemplum: Daß in voriger Inſtanz übel verabſchiedet und wohl appellIret, derowegen der ſpilende Aker zwiſchen Appellanten und Appellaten nicht zu theilen, ſondern würde Appellant vermittelſt Eydes erhalten und daß — noch zur Erfüllung ſchwören, ſo hat er dasjenige ſo ihm zu erweiſen auferleget, und er ſich angemaſet, zur Nothdurft erwieſen, derowegen ꝛc.

6 Nec me mouet, tres olim in iudiciis tabellas A. C. NL. datas fuiſſe, cum illud veterum NON LIQVET etiam abſolutionem, in ſe continuiſſe videatur, vt loca probant in GESNERI Theſauro ſ. v. Liquet et BRISSONII Formulis laudata. Eſt enim huic ſententiae NON LIQVET noſtra plane ſimilis, qua interdum vtimur: Daß noch zur Zeit und in Ermangelung hinlänglichen Verdachts wider den Angeſchuldigten weiter nichts vorzunehmen.

OBSERVATIO CCCCXVIII.

Si caput rei et quod potiſſimum ad condemnationem ſufficit delinquens fateatur, facile creditur, nec commiſiſſe, quae negat.

Magnum vtique fauorem merentur, qui in pleno confeſſionis et 1
poenitentiae ſtatu interdum ipſam etiam mortem exoptant, vt
vix humanitas permittere videatur, ſinceritati reorum, id quod prin-
cipale eſt, ingenue affirmantium, in rebus minus principalibus ſubdif-
fidere velle. Nam vt tribunal nocentium ſcopulus, ita etiam inge-
nuitatis portus eſſe nec ad barbariem debet crudelitatemque deflectere.
Igitur delictum primarium confitenti credo caetera deinde omnia, etiam
ea quae ad mitigationem vergunt, ſi ſuſpicio fraudis et doli mali in eo
abſit, quod ſenſui iudicis vnice committendum. Quid enim ſi adulte- 2
rium quis fateatur, neget autem ſeminis immiſſionem, putaſne, ſer-
vum ruſticum, iuris ſubtilis tam profunde doctum adeoque callidum,
vt ſciat quid interſit: immiſſum ſemen fuerit nec ne? Credo potius,
pro ſimplicitate ſua hanc retentionem ſeminis, quia Onanias propter
eam e terris ſublatus dicitur, quod in adulterio et caede Deus non fe-
cit, (*vide ſupra Obſ. CCCVIII.*) grauius crimen putare, quam cen-
tum adulteria. Nec tamen rara exempla, quae poſteri ridebunt, in-
genue fatentem corporum commixtionem ſub carnificis laqueo et for-
cipibus de ſeminis immiſſione interrogari. Iam lege quae iudici Rani-
ſienſi reſpondit Menſe Decembr. 1767. Facultas Iuridica Lipſienſis:

Hat ernante Mariſchin, als ſie dem Scharfrichter auf gewiſſe Maaſe 3
untergeben worden, in Güthe geſtanden und bekant: daß ſie ihr Kind, in der Abſicht ſolches zu ertödten, zweymal an das Betbret mit dem Kopfe gedrückt; Ob nun wohl dieſelbe dabey annoch beharret, daß ihr Kind ehe ſie es an das Betbret gedrukt, ſchon bey der Geburth von ihr auf die Erde geſchoſſen, auch ſolches Herabfallen auf den Fußboden ohne böſe Abſicht und nicht aus Vorſaz, ſondern von ungefär geſchehen ſey, lezteres aber, da Inquiſitin die begangene Miſſethat, in dem volkommenen Stande der Reue, frey und

offenherzig bekannt, für eben ſo wahr als erſteres angenommen werden muß, ſintemalen es der Menſchlichkeit entgegen und ſich ſelbſt widerſprechend ausfallen würde, wenn man aus übertriebener Härte nur dasjenige, welches zu ihrer Verdamniß gereichet, glauben: hingegen was etwa zu einiger Entſchuldigung ausſchlagen könte, für erdichtet halten wolte; weshalber daß nunmehro an eine weitere Peinlichkeit nicht zu denken, ſatſam erhellet, bey welcher der Sache Beſchaffenheit das unvermuthete Herabſchießen des Kindes auf den Fußboden für eben ſo wahr, als das nachher erfolgte vorſezliche Drüken an das Betbret, gehalten werden muß, da denn von welcher Verlezung eigentlich der Tod des Kindes erfolget? die ſehr bedenkliche Frage entſtehet ꝛc.

4 Et iterum menſe Decembri 1767. Iuſtitiario Goſeccenſi in crimine furti: Ueberhaupt mehr Vermuthung vorhanden, daß der Beſtohlne ſich in der Summe geirret, als daß Inquiſit (da er der Rechte unerfahren, alſo ſchwerlich zu glauben, daß er gewuſt, wie viel auf die abgeleugnete Kleinigkeit bey Entſcheidung der Sache ankommen dürfte) argliſtiger Weiſe durch Verneinung einiger, nach ſeinen Begriffen, geringer und unerheblicher Umſtände, ſich einen Vortheil zu verſchaffen geſucht haben ſolte, alſo, da er übrigens die That an und für ſich ſelbſt völlig eingeräumet, und bey einer zu erkennenden Marter auf den Grad natürlicher Wahrſcheinlichkeit alles in allen ankomt, eher zu glauben, daß Inquiſit, da er das größere zugeſtehet, auch das geringere der Wahrheit zuwider nicht verhalten haben werde ꝛc.

Et iterum menſe Ianuario 1768 Dieweil es wunderſam herauskommen würde, wenn man, da Inquiſitin ihre Miſſethat freywillig bekennet, ſo daß bey ihr aller Argwohn einer argen Liſt gänzlich ermangelt, zwar dieſes: daß ſie ſich mit ihren leiblichen Vater fleiſchlich vermiſchet habe, auf ihr bloßes Angeben für wahr annehmen, hingegen in ihre Verſicherung: daß ſie nicht wiſſe, ob er den Saamen in ihren Leib laufen laſſen, Mißtrauen ſezen, alſo ihr zugleich glauben und auch nicht glauben, und welches noch ſonderbarer, nur da, wo es ihr ſchaden könne, denen Regeln natürlicher Vernunft zuwider und mit Hintanſezung aller Empfindung, auf eine Peinlichkeit erkennen wolte. Et iterum praefecto Dresdenſi 1770. Obwohl Inquiſitin Antwort auf den 75ſten Inquiſitionalartikel daß der Stoß an des Kindes Kopfe ihm nicht vorſezlich zugefüget worden, ſondern ſie dieſes lediglich aus Verſehen und nicht

nicht gerne gethan, ſchlechterdings für wahr anzunehmen, ſintemalen ein ſolch ſich ſelbſt ungleiches Urtheil bey jezigen Zeiten kaum zu billigen, und nicht allein dem Gefühle der Natur ſondern aller vernünftigen Ueberlegung entgegen laufen würde, wenn man Inquiſitin nur alsdenn, wo es zu ihrer Verdamniß gereichet, Glauben beymeſſen und ſogar die Todes Strafe darauf gründen, hingegen in ſolchen Dingen, von welchen ſie, als eine einfältige Perſon, daß ſie zu ihrer Entſchuldigung gewißermaaſen ausſchlagen dürften, nicht einmal wiſſen oder errathen kan, in geringſten nicht trauen wolte, indem gar nicht zu vermuthen, daß ſie nicht was dieſen an des Kindes Kopfe beſchehenen Stoß anlanget, die Wahrheit rede, vielmehr da ſie das größere und ihrer Meynung nach, weit wichtigere Umſtände: wie ſie nehmlich mit zweenen Stichen ihr Söhnlein, in der Abſicht daß es ſterben ſolle, verwundet habe, ohne einigen Hinterhalt geſtehet, aller Argwohn, daß ſie bloß bey jenen Umſtande die Unwahrheit reden wollen, hinwegfället, ſolchemnach wenn auch auf die Verlezung an des Kindes Kopfe etwas ſonderlich ankommen ſolte, dießfals auf eine Peinlichkeit nicht erkant werden möchte ꝛc. Vide ſupra Obſeruationem CCLIX.

OBSER-

OBSERVATIO CCCCXIX.

Membrorum mutilatio militiae detrectandae cauſa ſex ſeptimanarum carcere punitur.

1 Caius Vettienus, vt VALERIVS MAXIMVS *lib. 6. cap. 3. §. 3.* refert, ſiniſtrae manus digitos, ne bello Italico militaret, abſciderat. Hunc bonis publicatis Senatus aeternis vinculis extra ordinem puniuit, quod et Auguſtus Imperator fecit. SVETONIVS *Aug. cap. 24.* Durior adhuc poena in *L. 5. Cod. Theodoſ. de tironib.* ſtatuta. Sed Theodoſianum corpus quia non receptum, vltra ſex ſeptimanarum carceris poenam aut quod ſummum, relegationem in biennium vix proceditur. Ita pronunciauimus addita Clauſula: Es bleibet auch der Gemeinde zu Dörnthal, wegen der ihr aus Krellers Thathandlung etwa erwachſenen Schäden, wenn ſie ſolche zu erweiſen, ſich getrauen, denſelben in Anſpruch zu nehmen billig nachgelaſſen.
2 Omnino enim tale auſum poena carere nequit, quoniam membris ſuis in perniciem reipublicae nemo abuti debet. *L. 13. ff. ad. L. Aquil.* cuius tamen ex Digeſtis legis verba: *quoniam dominus membrorum ſuorum nemo videtur*, emblema Triboniani puto, quia VLPIANVS ita non potuit ſentire. Videatur noſtra ſuperior Obſeruatio CXXVII. et VATTEL *Queſtions de Droit Naturel ſur M. Wolf. pag. 13.* Romae virilia impune ſibi adimunt homines, vt choro inſeruiant Papae. Hoc magis horrendum, quam ſi quis, non vt pontifici ſed vt ſibi ipſe inſeruiat, pollicem ſibi adimat. Non frequens crimen militiae detrectandae cauſa membrorum mutilatio, vnde propemodum ſufficere poterat incommoditas, qua ipſos ſemet tales afflixerunt. Si quidem iam in numeros lectus tale fecerit, nolim tamen ne ſic quidem quaſi deſertionem appellare. Nam deſertionis grauior poena ob violatum iuſiurandum. Non autem milites ſe pollice non truncaturos eſſe, iurant. *Iunge ſuperiorem Obſ. CXXVII.*

OBSERVATIO CCCCXX.

Probatio rei ineptae, aut iuſiurandum ſuperuacaneum, etiam poſt rem iudicatam reiicitur. De ſententiis tacite alternatiuis.

Sententia inepta vires rei iudicatae non conſequitur. *Obſ. CXI.* Id 1
generatim omnibus notum, inprimis autem, quod haec rubrica loquitur, ex profeſſo demonſtrarunt LEYSER *Spec. 137. med. 3. et Spec. 470. med. 8.* PVFFENDORF *Tom. 2. Obſ. 109.* Talis ſententia ne quidem reſciſſione indiget. *L. 19. ff. de appell.* Inprimis ſententia contra rem iudicatam priorem lata nunquam vires rei iudicatae conſequitur. *L. 1. C. quando prouoc. non neceſſ.* WERNHER *P. 8. Obſ. 23. et P. 9. Obſ. 171.* Vide etiam quae nos ſupra *Obſ. CXI.* annotauimus. Sunt 2
tamen quaedam ſententiae tacite alternatiuae. Nam ſi iuſſus ſis documentum recognoſcere, latet in ea ſimul poteſtas diffitendi, et qui per rem iudicatam inſtrumentum edere iuſſus eſt, nihilominus abſoluitur, ſi iuret: ſe id non habere. *L. vlt. C. de fid. inſtrum.* Legenda omnino BERGERI diſputatio: *De ſententia tacite alternatiua.* Eodem modo licet res iudicata defuncto iuramentum veritatis impoſuerit, tamen heres vel ſucceſſor ſingularis de credulitate iuraturus admittitur. *O. P. R. ad tit. 18. §. 8.* nec exceptio rei iudicatae ei opponenda. Nam ſi res in alium ſtatum peruenerit et noua cauſa emergat, certe mens et ratio diſponentium ceſſat, vt ſententiae quoque tacitam clauſulam, *rebus ſic ſtantibus* in ſe continere videantur.

OBSERVATIO CCCCXXI.

Lotteria.

1 Ad hanc emtionem ſpei qui pecuniam colluſori credidit, repetitionem habet, quia non ſolum non prohibitus, verum etiam probatus a principe et priuilegiatus Lotteria ludus eſt.

2 Si in concurſu creditorum curator bonorum ſortem non renouauerit, damna inde non praeſtat creditoribus; nec enim decet ſequeſtrum rem aleae plenam, contra conſuetudinem boni patris familias, ſuſcipere. *L. 11. ff. L. 20. C. de negot. geſt.*

3 Nulli magiſtratui, ſed ſoli principi Lotteriam inſtituere licet. KLOCK *de Aerario lib. 2.*

4 Si collector ſubcollectorue dominum ſortis defraudauerit, hic non ſolum collectorem, verum ipſam quoque Lotteriam ſiue directorem conuenire poteſt, nec Germanicum illud Hand muß Hand wahren, obtinebit. Eſt enim collector Directorii mandatarius vnde Directorium facta ſuorum collectorum et ſubcollectorum praeſtare tenetur, quia ſecundum naturam negotii, multorum hominum opera et auxilio indigentis, tacitam ſubſtituendi poteſtatem collectores accepiſſe videntur. Ita Regimen Hanoueranum, vt ex Actis a Senatu Bremenſi ad nos miſſis cognoui, in cauſa van der Veken contra Caſſau 1748. his verbis decreuit: Dieweil der Directeur für ſeinen Collecteur zu ſtehen ſchuldig, ſo wird ihm hiermit auferleget den Gewinſt der 5000. Thlr. an den Caßau binnen 14. Tagen zu bezahlen. Et anno 1775. Cancellariae comitum Lippenſium Detmoldinae; Dieweil die Worte des Lotterie Plans, daß die Einſezer nach Ziehung einer jeglichen Claſſe ſich an den Samler halten ſollen, den Sinn und die Meynung nicht haben, daß der Director dafür nicht ſtehen wolle, da der eigentliche Verſtand ſothaner Worte ſich gar leicht aus denen nachfolgenden ergiebet, und nichts anders in ſich hält, als daß weil die Einſezere nicht die Loſe vom Director unmittelbar haben, ſie ſich auch bey ſelbigen nicht unmittelbar ſondern bey denen Samlern der Zahlung und Erneuerung halber melden

melden ſollen, vielmehr in ſolchem Plane unter andern enthalten, daß dem Director zu ſeiner Sicherheit an dem Vermögen der Samler eine ſtillſchweigende Pfandgerechtigkeit zuſtehen ſolle, welches vergeblich ſeyn würde, wenn nicht der Director denen Einſezeren wegen ihrer Einlage und des Gewinſtes gerecht werden müſte; Uebrigens wenn jemand ein Los kaufet, er ſich um die Umſtände derer vom Director erwehlten Samler zu kümmern nicht Urſache hat, ſondern Kraft öffentlicher Treue vermuthen muß, daß der Director nicht Leute, bey welchen keine Sicherheit, werde erwehlet haben, und wenn der Director hierinnen unfürſichtig geweſen und einen unſichern Manne die Auszahlung der Gelder anvertrauet, er ſich hierinnen die Schuld ſelbſt beymeſſen muß, folglich actio Inſtitoria wider ihn wohl angeſtellet werden kann, daß aber der Samler bereits vom Director die Gewinſte ausgezahlet erhalten lezterm zwar ein Recht giebt den Samler zu verklagen, nicht aber den Director von Anſprüchen der Einſezere befreyet, folglich bey allen Lotterien der Regel nach, und wo der ausgeſtreuete Lotterie Plan nicht ein anderes beſaget, feſtzuſtellen, daß eigentlich der Director nicht aber der Samler des Einſezers Schuldner ſey; So iſt ꝛc.

Si tamen dominus ſchedulam den Looszettel collectori, vt lucrum 5
ſolui curet, tradiderit, is vero a Directore ſchedula praeſentata pecuniam acceperit nec domino reſtituerit, Directorium non tenetur, quia collector iam directorii mandatarius eſſe deſiit, imo potius per transmiſſionem ſchedulae is nunc domini mandatarius factus eſt. Nec enim tunc quippiam Directori imputabimus, vtpote quod cuilibet ſchedulam praeſentanti tuto ſoluit. Collectores et ſubcollectores plus ſunt, quam meri mandatarii, ſed ſortium, quas directori non remittunt veri emtores. Vnde ſi colluſoribus fidem habent de pretio, id faciunt ſuo periculo.

OBSERVATIO CCCCXXII.

Turbatio poſſeſſionis etiam in non faciendo et omittendo conſiſtere poteſt.

1 Poſſeſſorium ſummariiſſimum etiam in rebus incorporalibus locum inuenire, notum eſt. *Cap. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6to.* Si quidem hoc remedium etiam prodeſt his, qui exercitio iuris priuantur. *Cap. 8. 10. 13. X. de repet. ſpoliat.* Ex hoc turbationem poſſeſſionis etiam in non faciendo conſiſtere poſſe, conſequitur, vt: ſi caſatus quidam mihi quotannis gallinam praeſtiterit, nouus vero emtor eam deneget, non petitorio tantum, ſed, ſi ita ex re eſſe videatur, etiam poſſeſſorio remedio emtor caſae pulſari poteſt, etiamſi alibi habitet, propterea, quod poſſeſſorium actio realis eſt. Ita menſe Iulio 1767. Sereniſſimo Duci
2 Meclenburgio reſpondimus: Ob wohl Beklagter von dem Anſpruche um deswillen entbunden zu werden verhoffet, weil ihm als einen neuem Beſizer des Guthes Prezier, aus welchen die geklagten 6 Fuder Heu jährlich verlanget werden, nichts angehe, was etwa der vorige Eigenthümer verſprochen habe, ſintemalen Kläger ſothanen Verſprechens halber keine Hypothek ſich beſtätigen laſſen.

Dennoch aber und dieweil Kläger, daß die Vorfahren am Guthe
3 Prezier ihm jährlich 6 Fuder Heu geliefert, heygebracht, und Beklagter dadurch, daß er ſolche nicht weiter leiſten wil, jenen beeinträchtiget, ſintemalen auch mittelſt Unterlaſſung einer Handlung, ſo vorher geſchehen, eine Turbation erfolget, ſodann die Klagen um Beſiz nach kanoniſchen Rechten unter die dinglichen gezehlet werden, (*ſupra Obſ. CIV.*) und bey Dienſtbarkeiten nicht nöthig iſt, ſich eine Hypothek beſtätigen zu laſſen, ſondern auch ohne ſolche ausdrükliche Pfand=Gerechtigkeit ein jeglicher Beſizer des dienſtbaren Guthes ſolche leiſten muß: So iſt ꝛc.

OBSERVATIO CCCCXXII.

Turbatio poſſeſſionis etiam in non faciendo et omittendo conſiſtere poteſt.

1 Poſſeſſorium ſummariiſſimum etiam in rebus incorporalibus locum inuenire, notum eſt. *Cap. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6to.* Si quidem hoc remedium etiam prodeſt his, qui exercitio iuris priuantur. *Cap. 8. 10. 13. X. de repet. ſpoliat.* Ex hoc turbationem poſſeſſionis etiam in non faciendo conſiſtere poſſe, conſequitur, vt: ſi caſatus quidam mihi quotannis gallinam praeſtiterit, nouus vero emtor eam deneget, non petitorio tantum, ſed, ſi ita ex re eſſe videatur, etiam poſſeſſorio remedio emtor caſae pulſari poteſt, etiamſi alibi habitet, propterea, quod poſſeſſorium actio realis eſt. Ita menſe Iulio 1767. Sereniſſimo Duci
2 Meclenburgio reſpondimus: Ob wohl Beklagter von dem Anſpruche um deswillen entbunden zu werden verhoffet, weil ihm als einen neuem Beſitzer des Guthes Prezier, aus welchen die geklagten 6 Fuder Heu jährlich verlanget werden, nichts angehe, was etwa der vorige Eigenthümer verſprochen habe, ſintemalen Kläger ſothanen Verſprechens halber keine Hypothek ſich beſtätigen laſſen.

Dennoch aber und dieweil Kläger, daß die Vorfahren am Guthe
3 Prezier ihm jährlich 6 Fuder Heu geliefert, herygebracht, und Beklagter dadurch, daß er ſolche nicht weiter leiſten wil, jenen beeinträchtiget, ſintemalen auch mittelſt Unterlaſſung einer Handlung, ſo vorher geſchehen, eine Turbation erfolget, ſodann die Klagen um Beſiz nach kanoniſchen Rechten unter die dinglichen gezehlet werden, *(ſupra Obſ. CIV.)* und bey Dienſtbarkeiten nicht nöthig iſt, ſich eine Hypothek beſtätigen zu laſſen, ſondern auch ohne ſolche ausdrükliche Pfand=Gerechtigkeit ein jeglicher Beſizer des dienſtbaren Guthes ſolche leiſten muß: So iſt ꝛc.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Hommel, Carl Ferdinand, 1722-1781

Caroli Ferdinandi Hommelii I.V. Et Philosoph. Doct. ... Rhapsodia
Qvaestionvm In Foro Qvotidie Obvenientivm Neqve Tamen Legibvs Decisarvm

Bd.: 2.

Byrvthi 1782

4 Decis. 48 a-2/3
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10349124-3
VD18 80321364